

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**DE BONI  
TATE DIVINA**  
Liber quartus.

C A R G V M E N T V M.



**L**IBER HIC QVARTVS DE  
diuina bonitate, præcipue agit quomo-  
do diuina bonitas eluceat in natura,  
tam angelica, quàm humana, & quo  
pacto beati ipsi à mortalibus imitandi  
sint. Continet Titulos septem. Primus  
De sancto Michaelè & omnibus angelis. Secundus  
de sancto Iohanne Baptista. Tertius de beata Maria  
Magdalena. Quartus de sancto Brunone initiateore  
ordinis Carthusiensis. Quintus de sancto Hugone  
eiusdem ordinis & episcopi Lincolnensis. Sextus de  
sancta Barbara virgine ac martyre Christi. Septi-  
mus de omnibus Sanctis dei Præscripti autem tituli  
in Exhortationes ordine subdiudentur.

DE SANCTO MICHAELE  
& omnibus Angelis. Titulus primus.

¶ De prouidentia dei circa nos angelorumque custodia. Exhorta. I



¶ Onne sunt oēs angeli administratoriſpūs, in ministerium miſſi propter eos q̄ hæreditatē capient ſalutiſ? Hebre. ⁊ Hodierna ſolemnitas (ſicut hoc nouit charitas veſtra) ſancto Michaeli archangelo, cæteriſq; om̄ibus ſpiritibus angelicis dedicata eſt. De quorū nobiliſſima natura, inuolaraq; gratia & puriſſima innocentia, nec nō & excellentiſſima gloria loqui, cū om̄em excedat facultatem, nec noſtri ingenij exilitas attētabit ediſſerere Attamen, cū libeat in laudem ſummi dei, & om̄i angelorum hanc ſolemnitatem maximis celebrare præconijs, placet etiam pro qualicunq; exhortatione cū omni gratiæ actione diuinā erga nos & angelicam charitatē recordari, & cōmēdare pro tanta ſolicitudi ne dignatione & beneuolentia, Sunt enim om̄es miſſi, ſecundum Apoſtolicam ſententiam, in miniſterijs pro noſtra ſalute. Quamuis enim omnes principaliter ad hoc cōditi ſint ſpūs angelici, vt participes ſint diuinæ beatitudinis, tamen quamdiu electorū numerus impletus non fuerit, omnes adminiſtrant pro electis, Primi tres chori primo & immediate à deo illuſminantur de iſs quæ agenda ſunt circa electos & reſprobos. Alij tres ordines ab iſs præcedentibus illuſtrant, ſicut ḡnalem habentes cōmiſſionem. Et ab iſs reſidui tres inferiores illuſtrant, ſicut determinatas habentes exequutiones, ſiue in ḡnali: vt principatus & archangeli, ſiue in particulari, vt angeli qui ſinguli ſingulis hominibus p̄ſunt, Vex̄ in iſs dei & angelorū



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- Bernard.** ad nos admiranda charitas sollicitudinis ( ab intente considerantibus ) inuenitur, sicut ait beatus Bernardus: Mittis inquit, vnigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam vultum tuum. Et ne quod in cœlestibus vacet ab opere sollicitudinis nostræ, beatos illos spiritus propter nos mittis in ministerium custodiæ nostræ deputatos, nostros iubes fieri pedagogos. Parum est enim quod facis angelos tuos spiritus, facis etiam angelos paruulorum. Denique angeli eorum semper vident faciem patris. Illos utique tam felices spiritus, & tuos ad nos, & nostros ad te, angelos facis. Mira etiam dignatio diuinæ maiestatis, quæ mittit & mandat angelos de nobis: Vnde Bernardus studiose consideremus fratres, diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? Cuius sunt angeli? Summa ergo maiestas mandauit, & angelis suis mandauit, illis utique tam sublimibus, tam beatis, tam maxime sibi coherentibus, tam familiariter adherentibus, & vere domesticis dei. Et quæ sunt de quibus mandauit deus? & quibus missi sunt angeli? Nos utique homines. Et quod sumus nos ad deum quod memor sit nostri, aut reputet nos, cum sumus filij iræ, peccatores, scelesti, putredines & vermes, & quantum ex nobis est, filij perditionis & gehennæ? Ecce dilectissimi fratres mei, quanta apparet dei & beatorum angelorum ad nos dignatio. O utinam sapere liceret tanta dei & angelorum sublimitatem, & tantam nostram vilitatem, quod soli vero humiliter corde conceditur, seipsum plene in præsentia diuinæ maiestatis ( iam sibi apparentis ) contemneri. O quid sentit dulcedinis, qui se veraciter coram deo humiliat? Deinde propter prædicta nedum beneuolentiam, sed & reuerentiam & fiduciam ad angelos nostros custodes, & dominos, concipere debemus. Sicut dicit Bernardus super illo verbo: Angelis suis mandauit de te, sic inquit: Quantam tibi hoc verbum infer-

re debet reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Cautè ambula, adfunt angeli, sicut eis mandatum est, in omnia bus vijs tuis, in quouis diuersorio, in quouis angulo angelo tuo reuerentiam habe. Tu non audeas illo præ sente, quod me vidente non auderes. Simus etiam fratres deuoti & grati angelis custodibus ac dominis nostris pro ipsorum ad nos beneuolentia, quam his verbis idem Bernardus innuit in libro Meditationum dicens: O quam felix esses, si spiritualibus oculis se mel intueri posses, quomodo præueniunt principes coniuicti, pfallentibus in medio iuencularum tympanistarum. Videres proculdubio, qua cura, quoue tripudio interiunt cantantibus, assistunt orantibus assint meditantibus, super sunt quiescentibus, prout adentibus atq; procurantibus præfunt. Diligunt quidè suos conciuēs supernæ potestates, & his qui hæredita tatem capiunt salutaris, solicite congaudent, confortant instruunt, protegent, prouidentq; omnibus omnes in omnibus. Ipsi enim desiderant aduentum nostrum: quoniam de nobis expectant ciuitatis suæ ruinas restituarari. Diligenter quærunt, & libenter audiunt bona de nobis. Solicite discurrunt medijs inter nos & deum, nostros gemtus ad eum fidelissime deportantes. Non dedignabuntur esse socij nostri, qui iam facti sunt nostri ministri. Itaq; fratres affectuose diligamus angelos dei, tanquam futuros aliquando coheredes nostros, interim vero tanquam tutores & actores à patre positos & præpositos nobis. Cui & si gratias immensas habere debemus pro tanto beneficio scilicet angelica custodia, ipsis quoq; qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati custodibus, redamemus eos, honoremus eos quantum possumus & debemus. Habeamus

Psalm. 67



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

eos familiares, frequentemus eos sedula cogitatione & oratione, q̄ semper nobis assunt pro custodia & cōsolatione. Magna em̄ fiducia esse nobis debet ex tanta custodia. Fideles enim sunt, prudentes sunt, potētes sunt, tantummodo sequamur eos, & adhæreamus eis. Sed v̄ v̄ ingratissimis tantis beneficijs, Quapropter monet nos Bernardus in libro Meditationum: Exultare eos (scilicet angelos) fecimus, quando conuersi sumus ad pœnitentiam, festinemus de nobis eorum lætitiā adimplere. V̄ tibi quicumq̄ es, qui desideras reuerti ad vomitum, redire ad lutum, putasne placatos habebis in iudicio, quos tanto, & tam sperato gaudio vis priuare? Exultauerunt quando uenimus ad religionem, tãq̄ super ijs quos ab ipsa inferni porta cernerent reuocari. Quid vero nunc erit, si ab ipsa paradisi ianua uiderint redire, & retrosum abire eos qui iam alterum pedem habent in cœlo? Retorsum abire, nedum qui religionem relinquit, sed etiam qui cum magno feruore intrat, & morum emēdationem promittit, sed operibus non implet. Quia ergo tanta cura deo est pro nobis, quod omnes angelos administratores facit spiritus, pro nostra salute, curramus (secundum monitionem Bernardi) non passibus corporis, sed affectibus, sed suspirijs, sed desiderijs, quoniam non solum angeli, sed angelorum creator nos expectat. Expectat nos deus pater tamquam filios & hæredes: vt constituat nos super omnia bona sua. Expectat nos dei filius, tãquam fratres & cohæredes, vt fructum suæ natiuitatis, & precium sui sanguinis offerat deo patri. Expectat nos spiritus sanctus. Ipse est enim bonitas & benignitas, in qua ab æterno prædestinati sumus: Nec dubium, quin prædestinationem suam adimpleri velit. Ergo, quia omnis cœlestis curia nos expectat & desiderat, desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna nanque confusione & rubore ad illam perueniet quis

Hebræ. x

Bernard:

quis eam vehementer videre non desiderat. Quicumque vero iugi oratione, & assidua cogitatione in illa conuersatur, & securus hinc egreditur, & cum magna lætitia illic fuscipietur.

**¶** Quomodo in cœlis angelis futuri sunt homines conformes. Exhortatio II.



Runt sicut angeli dei in cœlo. Matth. vicefimo secundo. Hodie charissimi fratres memoria agitur beati archangeli Michaelis, principis totius ecclesie (quæ ab origine mundi vsque in finem deo colligitur) nec non & omnium spirituum cœlestium, quorum nobis felicissimam in cœlo societatem dominus promittit in euangelio, dicens: Erunt (homines scilicet) sicut angeli dei in cœlo. Beatus Hieronymus in sermone assumptionis gloriosissime virginis Mariæ, dicit, quod similitudo nobis angelorum promittitur, sed veritas denegatur. Quæ verba idcirco noscitur dixisse, quia fas esse non putat credere aliquem sanctorum vltra omnes choros angelorum posse ascendere, præter matrem dei, gloriosam virginem Mariam. Puto ergo quod beatus Hieronymus veritatem posuerit pro æqualitate naturæ, & non pro æqualitate meritorum (saluo iudicio meliori) Veritas enim, vel æqualitas naturæ, etiam ipsi beatæ virgini negatur, sed non veritas vel æqualitas meritorum & beatitudinis. Denegat ergo idem beatus Hieronymus, aliquem sanctorum summo angelo in æterna beatitudine posse æquari, sed hoc negat de alijs angelis. Manifestum est enim quod plures sancti vltra æqualitatem vltimæ & mediæ hierarchiæ transcendent, quanquam enim nonnulli asserere velint locum primi angeli præuaricatoris iam ab aliquo sanctorum impletum. Quo admisso, constat quod duæ personæ humanæ naturæ post **C H R. I. S T V M**



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dominum æqualitatem omnium angelorum tranſcē  
derint. Hæc de æqualitate meritorum, ſempiternę q̄q̄  
beatitudinis hominum & angelorum dicta ſufficiat.  
Æqualitas enim hominum & angelorum non erit,  
nec dominus hoc innuere voluit, ſcilicet q̄ homo fi-  
eret angelus, dicendo, erunt ſicut angeli in cœlo (q̄a  
oporteret humanam naturā in homine deſtrui. Non  
enim eſt tranſitus hominis in angelum, cum genere  
differant) ſed erūt ſimiles: & hoc in multis. Et in hac  
ſimilitudine nonnulli homines erunt angelis æuales  
hoc eſt in eodem choro. Nonnulli vero quibusdam  
angelis maiores merito & ordine, prout iam tactum  
eſt. Credo enim quod nullus beatorum, ſiue angelo-  
rum, ſiue hominū erit alteri æqualis in omnibus præ-  
ciſe, omnes tamen erunt perfectę beati, ſed vnus erit  
alio excellentior ad ornatum cœleſtis curiæ, in com-  
mendationem diuinę potentię, ſapientię & bonita-  
tis, ſine vlla inuidētia: imo cū p̄fectiſſima mutua cha-  
ritate. De ſimilitudine aliquid tangamus. Dicit domi-  
nus contra miſerrimos Sadduceos, putantes animas  
mortales, & reſurrectionem non futuram, eo quod  
reſurrectionem aliter fieri poſſe, non putabant, quā  
ad vitam animale, quod inconueniēs credebant, ſi-  
cuti eſt. Dicit ergo dominus: Erratis, neſcientes ſcri-  
pturas, neq; virtutem dei. In reſurrectione enim, ne  
que nubent, neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli dei  
in cœlo. Ergo non ad animale vitam reſurgent ho-  
mines, ſed ad ſpiritualem & angelicam, per ſimilitudi-  
nem. Angeli enim ſunt in genere incorporæ ſubſtā-  
tię, id eſt, ſpirituales, in quo genere nō eſt homo. Erit  
tamen ſpirituales, & ſimilis angelis, vel potius ange-  
lorum, id vitę, gratiæ, & beatitudini angelorum. Es-  
contrario dicitur deo: Non eſt ſimilis tui in dijs do-  
mine. Quomodo vero homo animal exiſtens, vel ani-  
malis, erit ſpirituales, dicit Apoſtolus: Seminatur cor-  
pus animale, ſurget corp⁹ ſpirituale, Liberabitur em̄

Matth. 22

Ibidem.

Pſalm. 85

1. Cor. 15

homo de necessitatibus comedendi, bibendi, & dormiendi, ab immunditia, fœtore, libidinibus, luxuriæ, & ab erubescencia nuditatis suæ, & operationes animales amplius non erunt, sed ad sufficientiam corpus viuificabitur solo spiritu, qua causa solum spirituale erit, vt ait Augustinus in 1. lib. retractationum. Erit insuper incorruptibile, impassibile, agile, clarum, spiritui in nullo contrarium, nec onerosum, nec in confusione, sed in honorem & gloriam, & seruiet in operibus spiritualibus: ergo spirituale erit, manente tamen natura corporea. Anima vero rationalis & discursiua ad intelligendum veritatem & tarda, quodammodo erit intelligentia, id est, angelus. Angeli enim intelligentiæ dicuntur à philosophis, quia veritatem sine discursu rationis clare intuentur. Vnde de cõparãdo intellectum hominis ad intellectum angeli, habet se homo vt vermis reptans in terra, & angelus vt auis volans in aere. Cum autem homo cum angelis beatus factus fuerit, inherẽdo summo bono id est, deo per amorem, & summæ veritati per clarã intuitionem, accelerabitur, intellectus humanus, nec in illo actu discursu rationis indigebit, in quo similis erit angelis, vel intelligentijs: manens tamen in ijs omnibus animal rationale, sic erit homo spiritualis & angelicus plene quo ad animam, & quo ad corpus secundum suum modum. Item angeli habent purissimam innocentiam, quia nunquam peccauerunt, nec poterunt in æternum peccare. Deus quoque innocentiam restitutor, dabit homini innocentiam quam amisit, & eam imperpetuum peccando amittere non valebit. Felix conditio. Item angeli omnia bona quæ in sua beatificatione perceperunt, & homines beatificandi percipient, quæ utique nec cogitare, nec intelligere, nec æstimare possumus præ sui multitudine, magnitudine & preciositate, inamissibiliter possidebunt, cõsertissima securitate per tentionem. Sicut ergo ange

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

in unico actu contemplationis & amoris tendunt in deum, ei inseparabiliter inhaerendo, sic quod summe admirabile est, homo putredo & vermis, foetidus & abominabilis peccator ingratus & sceleratus in puluere redactus, summo infinito bono unico actu inhaerebit iam gloriosus & incorruptibilis effectus, de cuius charitatis amplexibus iam imperpetuum non auelletur: Replebit enim in bonis desiderium eius. Immo illud bonum in infinitum vincet desiderium suum, quod non poterit se homo ad alia desideranda conuertere, vel per modicam morulam, unde actus ille non intercipietur. Tanta beatitudine angeli sancti perfecte se deo submitiendo per humilitatem & obedientiam, & per veram charitatem tendendo in eum, promeruerunt. In quibus virtutibus deficientes angeli prauaricatores, daemones facti sunt. Charitas est amicitia fundata super communicatione aeternae beatitudinis, unde angeli non solum deum diligunt, sed omnes qui capaces sunt illius beatitudinis. Quapropter inter se omnia alia innumerabilia milia angelorum mutua pace & charitate gaudentes, etiam nostram humilitatem eadem virtute diligunt, toto animo nostram salutem affectantes toto studio nostrae profectum & gloriam procurantes. Omnes enim sunt (teste apostolo) administratorum spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis. Et id ipsum tota charitate persciant. Quapropter dignum est, ut vero corde ipsos honoremus & reamemus, ipsis quoque cooperemur, propria nostra salute operantes. Nihil gratius ipsis. Et singulariter hoc honore colendi sunt angeli speciatim aliter singulis delegati: & singuli suum proprium tanquam verum amatorem colere debent, cum non sit amator suus per terram qui comparet ei. Hic contra violentiam, fraudem, dolum & vniuersa picula diaboli nos tuet immensa. Diabolica fantasmata & imaginatioes depellit, intellectum illuminat, affectiones bonas inflammat, bo-

Psalms, 102

Hebr. 2

has cogitationes subministrat, ad poenitentiam inducit, ad profectum bonæ vitæ incitat, orationes nos deo offert, consolationem reportat, pro nobis apud deū interpellat, in obitu nostro assistit, aīas nostras deo repræsentat. Et quis angeli in essentiali p̄mio crescere non possunt, tñ nostræ profectum etiā ultra meritum suum procurant & diligunt. Cognoscunt nos infra eorū naturam valde distare, & esse tales quales supra esse descripsi, & tamen nos eos præire in gloria satagunt & gaudent. Nato in carne humana dño, ip̄si cecinerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hoc facit eorum verissima charitas. Charissimi imitemur sanctos angelos, quorū gloriam ambimus & societatem affectamus. Per humilitatem & obedientiā nos deo & superioribus nostris subiiciamus, sicut faciunt angeli qui sic cōditi sunt, vt sint alij alijs prælati. Mutua pace gaudeamus, & inuicē veraciter diligamus & nō iudeam⁹. Immittit interdū sup̄ p̄uari cator diabolus (charitate vacu⁹, inuidia plenus) hoc virus inuidiæ & nobis innatā malitiā excitat, vel ipsa malitia ex fomite excitatur, vt dolere de alterius profectu nos sentiamus. Habet autē hoc malū inuidiæ ortum ex superbia. Homo enim cupidus gloriæ, credit profectum alterius suum esse detrimentum, propterea tristatur. Est autem graue mortale peccatum ex genere, & præcipue quando est peccatum in spiritum sanctum, quod dicitur inuidia fraternæ gratiæ. Si autem quis non consentit huic vitio, sed solum sentit & dolet (quia reuera est afflictiuus dolor, hanc inuidiam mente sentire) non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. Pro solatio eorū q̄ cogunt hanc passionē interdū inuiti sentire, refero vobis dictum S. Bernardi super Cantica, sermone 49. ait em̄ sic: Si doles quod inuides, sentis & non consentis, passio est, quandoq; sananda, non actio condēnanda

Lucæ 3

Bernard:



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tantum non illic resideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, satisfacias pesti, persequaris infontem, bene ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruertendo atq; impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti: & extendenti se ad meliora, quum iam non ipse operat, sed quod habitat in eo peccatum. Non est ergo damnatio illi qui non dat membra sua arma iniquitati, non linguam ad detrahendum, non quicquid reliqui corporis ad lædendum, nocendumq; aliquo modo, magis autem confiditur sic se esse male affectum, & inolitum ex longo, vitium confitendo, fiendo, orando, conatur expellere, & cum non præualet, mitior inde ad omnes, atque apud se humilior inuenitur.

Roman.

¶ Vbi angelis est homo maior, vbi minor. Exhortatio III.



Inuisti eum paulominus ab angelis. Psalmus octauo. O quanta est dignitas hominis, quod tam in terris quam in caelis proprijs actibus beatificis angelorum communicat, nedum angelorum inferioris chori, qui nobis immediate præsentunt, custodiunt & dirigunt (quibus proprie nomen angeli conuenit) sicut dicitur: Angelis suis mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis, sed etiam omnium beatorum spirituum separatorum, quibus hoc nomen angeli comune est, vt patet ibi: Laudate eum omnes angeli eius. Et quoniam comparatio differentiũ debet regulariter fieri secundum ea in quibus conueniunt, cum angeli in natura, plurimum a natura differant humana, in diuinis vero hoc est, in officijs diuinis, nec non in actibus beatificis conueniãt recte per Psalmistam dicitur: Minuisti eum paulominus ab angelis. Parum enim est, & si in naturalibus

Psalm. 90

Psalm. 148

Psalm. 3

differimus, quod in diuinis, & nobilissimis & maximis conuenimus, in quibus nunc paulo minorati sumus, sed non in futuro. Vnde subditur: Gloria & honore coronasti eum. Scimus enim humanam naturam ex parte gratiae & gloriae ultra naturam angelicam in Christo gloria & honore exaltatam, ut patet in epistola ad Hebraeos, ubi etiam melior angelis affirmatur. Sed & de gloriosissima virgine Maria ecclesia canit, quod super omnes choros angelorum sit exaltata. De alijs etiam sanctis indubitater creditur, quod singulis choris & ordinibus angelorum ob meritum gratiae inferiorantur. Tamen adhuc in terris existentes, paulo minorati sumus, quia & de sancto Iohanne veritas dicitur: Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. Quia quilibet beatus quantumcunque minus maior est actu, quam quicumque viator purus, licet aliquis viator sit maior in potentia aliquo beato. Nihilominus vere de excellentia beatitudinis angelorum hoc sentire debemus, quod etiam minorati sumus praeter illis. Nam nunquam deo displicuerunt, nunquam deum offenderunt, sed semper ipsi placuerunt. Quapropter praeter Christum & suam benedictam genitricem, nullus hominum in gratia vel gloria eos praecellit, cum dicat gloriosus Hieronymus, quod de nullo alio sanctorum hoc liceat sentire, excepta beatissima matre Iesu, quae scilicet super omnes choros ascenderit angelorum. Igitur plures angeli, & multi valde caeteros omnes homines excellent, & maximus numerus hominum ad infimum chorum angelorum ascendit, de quo maximus numerus cecidit, in quorum locum homines assumuntur, iuxta dicta sanctorum. Re ceperunt enim omnes spiritus angelici nobilissime a deo creati, secundum nobilitatem naturae dona gratiarum, ita quod nobilior in natura recepit nobilior gratiam, & per vnicuius actum meritorum excellentissimam gloriam. Natura enim angelica ad suam perfectionem non indi-

Hebrae. 1

Matth. 11

Psalm. 8

Hierony.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

get discursu, sicut nos, sed sicut vnico inuitu obtinet  
 suam perfectionem in intellectu, cuius perfectio est in  
 telligere. i. clare, gete, & vere agnoscere & intueri, sic  
 etiam in voluntate, cū tendit angelus in bonū, & ma  
 xime in deū, qui est finale bonū intellectualis nature  
 gratia adiutus, totaliter tēdit in deum, nec impedit, si  
 cut nos impedimur. In hoc ergo minorati sumus ab  
 eis, quia per vnicum actū bonæ voluntatis confirma  
 ti sunt in gratia, & obtinuerunt inamissibilem gloriam  
 Nos vero non creamur in gratia dei, sicut angeli sed  
 concipimur in peccatis, & nascimur filij iræ, & licet  
 postmodum adepti fuerimus gratiā, & operati fueri  
 mus iustitiam, non tñ statim confirmamur, nec bea  
 tificamur, sed sæpe cadēdo oīa bona amittimus, oī la  
 mentabilis conditio. In intellectu quæ minorati sum⁹  
 ab angelis valde: Ipsi em̄ sunt conditi puræ intelligē  
 tiæ, non immerſi corporibus vllis (& si aliqñ similitu  
 dinem corporis in apparitionibus assumant, & irex  
 deponant) nec species intelligibiles quibus res intelli  
 gant aut agnoscant, abstrahunt à phantasmatibus,  
 sed sunt ipsis species concreatæ & infusæ oīm rerum  
 naturalium per effluxum à deo, per quas per vim in  
 telligentia suæ clarissime res intelligunt, ita tñ diffe  
 renter, quodd secundum nobilitatē naturalium, nobi  
 lius hunc diuinū effluxum & lumen recipiunt. Quæ  
 propter superiores habent species pauciores, & ma  
 gis vniuersales, & sic gradatim descendendo vsq; ad  
 vltimū angelū. Descendendo em̄ species sunt minus  
 vniuersales in angelis, & ideo oportet eas multiplica  
 ri. Igit nobiliores angeli per minores species clarius  
 res cognoscunt q̄ inferiores, q̄ indigent multis speci  
 ebus. Quāto em̄ propinquiores sunt deo tāto maius  
 percipiunt de lumine eius, sicut q̄to aliqd̄ appropinq̄t  
 soli tanto clarius eius radijs illustrat. Et hunc modū  
 intelligendi etiā in beatitudine, & cū beatifica visio  
 ediferuā, q̄a non contrariat beatitudini scientia na

turalis, sicut aliqd potest cognosci p̄ mediu[m] probabile  
 & p̄ mediu[m] demonstratiu[m], vnum non excludit ali-  
 ud. Nos ʒo sumus immersi fetidissimo corpori, nec  
 recipimus species intelligibiles per effluxu[m] diuinu[m], si-  
 cut angeli, nisi post separatione[m] aīæ a corpore. Sed ta-  
 lis cognitio non est scdm natura[m] humana[m], nec clara  
 sed valde imperfecta & confusa. Et ideo aīa semper  
 habet renisu[m] ad corpus, q̄d sibi datu[m] est vt cognitio-  
 nem naturalē perfectam de rebus acciperet, trahēdo  
 a sensibus phāsimata, & a phāsimatibus spēs intel-  
 ligibiles per lumen intellectus agētis, q̄a lumē intelle-  
 ctus humani nō est ita effcax & potens, q̄ posset a spe-  
 ciebus infusis a deo perfectam notitiam reꝝ accipere  
 Vritur ergo medio quodam: sicut oculus hominis se-  
 nis non potest cognoscere hominem a longinquo, ni-  
 si confuse, & quasi arborem, sed per speculum. i. con-  
 spiculum perfecte agnoscit. Multum ergo distamus  
 ab intellectu angelico, & maxime a diuino. Deus seip-  
 sum, & per seipsum omnia cognoscit, sicut oculus vi-  
 det lumen quod in ipso est. Angelus cognoscit deum  
 naturaliter, & res in essentia sua, sicut oculus videt la-  
 pidem p̄ specie[m] lapidis q̄ in eo est. i. in oculo. Homo  
 videt deum, & res, sicut videt oculus formam homi-  
 nis in speculo resultantem, & ideo dicitur q̄ videm⁹  
 nūc in speculo & enigmatē. Talis tamen scientia ma-  
 nebit in patria cum beatifica visione, quia beatitudo  
 non destruit naturam, sed perficit. Ideo monet  
 Hieronymus in epistola ad PAVLINVM. Hierony.  
 Discamus in terris, quorum scientia nobiscum perse-  
 ueret in caelo. Sed quia scientia perficit hominem,  
 & bonum reddit secundum quid, virtutes vero sim-  
 pliciter, debemus nedum scientiæ insistere. sed præci-  
 pue virtutibus, q̄ ornant animas nostras, & dignas  
 deo efficiunt, quia vere habitus virtutum perseuerab-  
 unt nobiscum in maiorem gloriam q̄ scientia; Igit̄  
 toto corde diligemus deum, quod teste beato Leone Leo p̄p̄z.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

papa, perspicere nequimus, nisi amando iustitiam, id est, virtutes, & ardentem tendamus ad societatem angelorum, semper memores minorationis nostræ.

Quomodo ad ordinem angelorum homo recipiatur. Exhortatio III.



Runt sicut angeli dei in cælo. Matthæ. vicefimo secundo. Deus æternus & incommutabilis, in initio creaturæ instituit conuentum nobilissimum, deuotissimum & religiosissimum, in quo ipse, met abbas præsidere dignatus est: quem

Roman.:

clamamus: abba pater. In quo conuētu, qui professionem fecerit, nunquam eum pœnitebit, nunquam tētabitur, & regulam libentissime tenebit, cuius exercitium est cognoscere deum, frui deo, & laudare deum. Vocatur autem ordo angelorum. Erat autem quidam nouiti⁹ q̄ ante p̄fessionē ex 'supbia' sua apostatauit, & recessit ab ordine, & tantum induruit in sua malitia, q̄ reuocari non potuit, sed mortuus est in peccato. De hoc conuentu habetur in libro Iob: Cum uenissent filij dei vt assisterent coram domino, affuit inter eos etiā Sathan. Sathan fuit malus nouitius, nec fecit professionem, sed angeli fecerunt professionem, quando laudauerunt deum sicut astra matutina, & uilarent omnes filij dei. Post hoc recepit dominus deus abbas huius conuentus alium nouitium, qui nō fuit tantæ nobilitatis, ne facile superbiret, aut si caderet, tamen non a deo obduraretur sicut Sathan. Et posuit eum non in conuentu, sed in domo nouitiogæ ad probam. Et hic fuit Adam in paradiso, de quo

Gregor.

Gregorius libro quarto Moralium ait: Ad hoc in paradiso homo positus fuerat, vt si se ad conditoris sui obedientiam uinculis charitatis astringeret, ad cœlestem angelorum patriam quandoq; sine carnis mor-

Iob. 11  
Iob. 38

te transfiret. Iste nouitius deceptus fuit per mulierē,  
 propterea expulsus fuit ab ordine, & exiuit paradisu.  
 Sed abbas pater misericordiarum, sciens q̄ non ex malitia peccauit, sed magis ex flexibilitate nature  
 eius misertus, misit post eum procuratorem suum, vt  
 reduceret eum, de quo procuratore sanctus Matthæ:  
 us ait: Dixit dominus vineæ procuratori suo, hoc  
 est, domino Iesu, qui suscepit procurationem salutis  
 generis humani. Itaq; procurator dolens q̄ nouiti-  
 us recesserat ab ordine (erat enim frater eius) multa  
 diligentia & labore quæsiuit eum, & inuenit. De quo  
 ait Augustin. in persona huius procuratoris ad istum  
 nouitium. Cum inter montes & syluas errares quæsi  
 uite, inf lapides & ligna inueni te, laboraui, sudaui,  
 caput meum spinis opposui, manus meas clauis obie  
 ci, lancea latus meum aperui. Procurator ergo multa  
 sermonibus exhortatus est nouitium fugitiuum,  
 vt rediret, instruens eum pœnitentiam, & omnia q̄  
 facere deberet vsque ad professionem, promittens q̄  
 eum abbati vellet reconciliare, addens etiam q̄ ab-  
 bas vellet eum habere in filium, & futurus esset sicut  
 angeli in celo. Dulciter ergo eum consolatus (sicut  
 verus frater) osculatus est eum, lauit pedes eius, pane  
 & vino ieiunum refecit, & cum esset vulneratus &  
 eger, in humeris suis reportauit eum, & abbati atque  
 conuentui reconciliauit. Mali tamen murmurauerūt  
 q̄ peccatores reciperet. Augustinus in p̄sona procu-  
 ratoris: Collegi te, humeris meis portauit te, patri red  
 didi te, reconciliaui te per me. Interim in hoc tempo  
 re gratiæ degit nouitius in domo; hospitem & non  
 in paradiso, propter inconstantiam suam, & petit se  
 recipi incunctanter, dicens: Suscipe seruum tuum in  
 bonum, scilicet ad ordinem angelorum. Sic em̄ ei di-  
 ctum est à procuratore: Petite & accipietis. Facilius  
 recipitur nouitius si habuerit aliquos cognatos in  
 conuentu, quia cum dilectione charitatiua concurret

Genesi. 9

Matth. 20

Augustin.

Luca 15  
Augustin.

Iohan. 16



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- etiam dilectio naturalis. Hæc cognatio fit per virginitatem: quia (secundum Hieronymum) angelis cognata est virginitas. Recipiendi enim ad ordinem angelorum, debent esse virgines, iuxta illud Pauli: Despondi vos vni viro virginem castam. Vnde Psalmista Me autem (inquit) propter innocentiam suscepisti, Itæ recipitur facilius, si seruitium aliquod impenderit contentum. Propterea impendimus presentem solemnitatem omnibus angelis, & proprio angelo, domino & amico fidelissimo, quotidianum obsequium & omnem reuerentiam. Sed quia nouitius diu absuit & errauit, examinatur si sit sufficienter doctus, precipue in fide: quæ sine fide impossibile est placere deo. Vnde ait sanctus Petrus: Probatio fidei vestrae preciosior sit auro quod per ignem transit. Item examinatur de honestate vitæ. Apostolus: Sitis sine querela, & simplices filii dei sine reprehensione. Et beatus Petrus ait: Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Item examinatur de bona fama, hæc est humilitas. Vnde in Canticis dicitur: Nardus mea dedit odorem suum id est, humilitas. Et in Ecclesiastico: In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Et in Prouerbis: Humilem spiritu suscipiet gloria. Item interrogatur si sit omnino liber: qua libertate Christus nos liberavit, ut sit liber à diabolo, Absolutus ab uxore, hoc est à carnalibus vitis, quia ducens uxorem dicit: Non possum venire. Ut non sit debilis incurabiliter per obstinatum nec obligatus ad debita poenæ æternæ per finalem impœnitentiam. Talis recipitur, ut Isaias ait: Ecce seruus meus, suscipiam eum. Post hoc deponit vestes priores. Apostolus: Deponite pristinam conuersationem vestram. Tunc dicit abbas. Auferte ab eo vestimenta sordida, & induite mutatoris. Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date ei
- Hierony.   
 2. Cor. 11   
 Psalm. 40
- Heb. 11   
 1. Petri. 1
- Philip. 2   
 1. Petri. 2
- Cantic. 1   
 Ecclesi. 2   
 Prouer. 29   
 Galat. 4
- Lucæ. 14
- Isaiæ 43
- Ephesi. 4
- Zachar. 3   
 Lucæ 15

malum in manu eius, & calciamenta in pedes eius. Tunc monetur nouitius: Renouamini spiritu mentis vestre, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Deinde celebratur conuiuium, & dicit abbas. Adducite vitulum sagmatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. Et incipiunt epulari. Gaudium est enim angelis dei super vno peccatore poenitentiam agente. Murmuratoribus autem dicitur: Epulari & gaudere oportet, quia hic filius meus, frater tuus, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Ex hoc habet pro anno probationis totum tempus mortalitatis, vt sit voluntas libera, vt in ECCLESIASTICO scriptum est: Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi. Interim instruitur nouitius de necessarijs ad vitam angelicam, quam cupit profiteri quam debet diligenter tenere & praticare: alias tolleretur impius, ne videat regnum dei. Itaque angeli sunt puri. Et nouitius monetur apud Isaiam: Laua mini, mundi esote, quia nihil inquinatum intrabit in ordinem ANGELORVM. Sed beati mando corde, quoniam ipsi deum videbunt. Sunt simplices. Sit ita nouitius, quia abbas libenter cum talibus loquitur, sicut in PROVERBIIS dicitur: Cum simplicibus sermocinatio eius. Angeli seruant ordinem suum: sic nouitius maneat in ea vocatione qua vocatus est apud deum. Breuiter angeli viuunt pacifice inter se amicablem, humiliter, obediēter, socialiter & gaudent, nunquam se a deo auertunt, sed semper eius contemplationi, amoris, & laudationi vacant. In his & similibus exercet se nouitius bonus die ac nocte feruenter, & non somnolenter nec desidiose, quia scit quod maledictus est qui facit opus dei fraudulenter, vel desidiose, vel negligentem. Beatus

Ephesi. 4

Luce 15.

Ecclē. 15

Isai. 26

Isai. 1

Apocal. 21

Prouer. 8

1. Cor. 7

Ierem. 48



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Matth. 10  
Iacob. 1

Ille nouitius, qui perseverauerit vsq; in finem, q̄a saluus erit, & recipet coronam vitæ cum probatus fuerit, & permittetur ad professionem post aīm probatiōnis mortalitatis huius in ingressu regni, in præsentiā domini abbatis, magni dei & procuratoris sui domini Iesu Christi, ac piissimæ matris eius, in conuentu omnium angelorum, præsentibus hospitibus omnibus sanctis, & professis, & dicit omnibus intelligentibus: Ego promitto q̄ diligo dominum deum meum ex toto corde meo. Quod non potest impleri in hac

Augustin.  
Matth. 22

vita, sed in futura. secundum Augustinum. Tūc erit homo, sicut angeli dei in cælo. Et assignabitur ei professo triplex locus. Primo in capitulo, vbi habebit vocem rogandi pro amicis suis, & recognoscendi culpam suam, non cum tristitia & confusione, sed cum infinito gaudio, eo q̄ euasit damnationem: & in suā gloriam, quia penituit. Secundo in refectorio æternæ fruitionis, sicut ait apud sanctum Lucam: Ego dā

Lucæ 22  
Genesi. 43

spono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. Et hoc secundum exigentiam meritōrū. Vt habetur in Genesi: Sederunt coram Ioseph primo genitus iuxta primogenita sua. Tertio in choro angelorum deum laudantium. Psalmista: Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me. Augustinus: Vides bimus sine tædio, amabimus sine modo, & laudabimus sine termino. Bernardus: Ibi erit charitas lex, filius rex, assidua occupatio, dei laudatio.

Psal. 29  
Augustin.  
Bernard.

**C**Ad quem finem homo creatus sit, & quomodo angelis debeat conforari. Exhortatio V.

Actu. 23

**I**N resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cælo. Matthæi. 22. Lucas refert in Actibus q̄ Sadducæi non credebant resurrectionem mortuorum, putabant enim q̄ resurrectio

mortuorum non poterat fieri nisi ad vitam animalē  
 & ad actus venereos exercendos. Ex quo sequeretur  
 inconueniens maximum, quia posset ex hoc confeg  
 q̄ vna mulier habitura esset septem viros in futuro  
 seculo, & istud inconueniens dño nostro Iesu Chris  
 to obiecerunt, qui arguit eos imperitiæ & stoliditatis,  
 dicens: Erratis, ne scientes scripturas, neq; virtutem  
 dei. In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur,  
 sed erunt sicut angeli dei in cælo. Reuera nobilioris  
 conditionis est homo quàm ipsi putabāt, nec est animalis  
 tantum, sed etiam spiritualis, & cum pure spiritualibus  
 deputandus. Vnde dicit sanctus Bonauentura: Cum primum  
 principium sit in producendo potentissimum, sapientissimum  
 & optimum, & in omnibus effectibus suis hoc aliquo modo  
 manifestet potissime hoc debuit manifestare in vltimo  
 effectu & nobilissimo (cuiusmodi est homo) quem inter cæteras  
 creaturas produxit vltimo, vt in hoc potissime appareret  
 & reluceret diuinorum operum consummatio. Ergo non  
 condidit hominem ad vitam præsentem tantum, sed etiam  
 ad futuram. De quo ait idē cap. 9. Cum primum principium  
 sit beatissimum & benevolentissimum, ideo summa benevolentia  
 beatitudinem suam communicat, & ideo non tantum spiritum  
 angelicum fecit beatificabilem, sed etiam spiritum humanum.  
 Est enim anima (vt idem ait in eodem) forma intelligens  
 non tantum creaturam, sed etiam creatricem essentiam.  
 Illa autem est vita angelica & cælestis. Sed quia plures  
 angeli de cælo propter suam prauitatem ceciderunt, cauendum  
 est nobis ne similiter à nostra nobilitate decidamus, & bonis  
 cælestibus priuemur. Nullus ad societatem angelorum  
 admittetur, nisi qui se ipsis in præsentī vita conformauerit.  
 Similitudo enim angelorum nobis promittitur ergo oportet  
 q̄ nos aptemus ad recipiendum similitudinem ipsorum.  
 Natura angelica nobis non promittit

Matth. 22

Lib. 1. Bre  
 uiloquij.  
 Capite 10



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tur nec est desiderabilis, quia esset cōtra salutē nostrā. Oporteret em̄ naturam nostram totaliter corrumpi si deberet mutari in aliam. Et quamuis multa sint valde quæ requiruntur vt conformemur angelicis spiritibus, tamen pauca quæ occurrunt pro venera-  
tione tantæ solennitatis & salutari commoitione volo sub breuitate vestræ charitati proponere, de quibus debetis ppensius cogitare. Primo angeli non nubent, neq; nubentur. Sic animæ nostræ nec nubere debent, nec nubentur, nec alia quæ ad talia requiruntur, vt sunt comedere & bibere, debent desiderare vltra naturæ simplicem necessitatem, ne inquinentur immundicijs quæ in huiusmodi sunt. Quod si minus sterium propagandæ prolis pro conseruatione speci ei humanæ naturæ aliquibus secularibus hominibus impositum, in hoc ipso deo & vniuerso seruientibus peragatur, quod est reuera graue iugum, & per ingressum ordinis à ceruicibus nostris misericorditer ablatum est, quanquam interdum vel naturali impulsu, vel dæmoniaca tentatione, siue in die, siue in nocte ab huiuscemodi iugo lacessimur & fatigamur, hoc inquam ministerium vel iugum, & etiam comedere & bibere non spectat ad animas, nec etiam desformes efficit, aut à consortio angelorum alienas, nisi per affectum & consensum submiserint se miseræ & immundæ seruituti, sed spectat ad corpus quod nobis infirmis, tanquam iumentum vsui nostro necessarium ad explendum opera animæ naturalia, ad intelligendum & cognoscendum particularia, & cætera, accommodatum est, & commissum vt nutriamus, ne ante tempus deficiat, & custodiamus ne infirmes & opera onstra quibus angelicam fortitudinem & vitam promereri possemus, impediuntur, aut intermittantur, & regamus ipsum, scilicet corpus suum dictamen rectæ rationis, & diuinum imperium. Quia vero nos monachi non debemus seruire in conserua-

tionē humane speciei, plenissime iumentum nostrum ab eo seruitio cohibere debemus. Comedere vero & bibere, quia nedum pro conseruatione speciei necessaria sunt, sed etiam indiuidui, tenemur iumento nostro cibum indulgere & potum, sed parce & sobrie: quia natura indiuidua paucis contenta est, & iuxta beati Apostoli monita, non in desiderijs, quia affectus cibi & potus, & superabundantia eorum atque delitiæ impediunt ministerium ad quod vocati sumus, quod inter ecclesiastica ministeria nobiliori ministerio angelorum (scilicet deo assistere) vicinius est. Debemus enim continue assistere diuinæ præsentia, per iugem memoriam deum attendendo, & per intelligentiam aspiciendo, & per voluntatem intendendo & afficiendo, & consequenter ex amore & charitate laudando, benedicendo, honorando & glorificando. Hæc omnia strenue, id est, secundum Bernardū, hilariter cū iubilo, & reuerenter cū timore & tremore peragere debemus, & intercedere pro vniuerso genere humano. Istud ministerium est angelorum deo assistentium officio vicinius. Nec obstat, si animi melioribus intenta, iumento nostro, scilicet corpori, aliquid carnale per cogitationes vel alias acciderit contra animæ voluntatem & consensum. De hoc ponit venerabilis cancellarius Gerson exemplum, de quodam ducente iumentum suum per aulam regiam, quod iumentum etiam aulam fœdauit, quo facto dactor erubuit, de hoc reprehensus fuit, quia non ipse, sed iumentum fœditatem fecerat. Sic non inquinabitur mens, quicquid carni acciderit, nisi de consensu voluntatis. Idcirco non debemus erubescere de immunditia carnis nostræ, nec offendit conspectum dei nec angelorum, sed humilitatis & cōpunctionis materiam subministrat. In conspectu igitur angelorum psallamus deo nostro, & laudemus eū. Psal. 137

1. Tim. 4

Gerson.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

distincte, intelligibiliter, morose, cum debitis pausis. Nec putemus nos solos esse. Adest dominus maiestatis, adest tora curia cœlestis, adest vniuersus mundus nihil obsunt parietes qui nos claudere videntur, neminem enim ab illa charitatiua generali communiōne excludunt. Vide frater quid agas, qualem te exhibeas, res tua agitur, & quidem seriosa valde. Milia milium ministrant ei, & decies milies centena milia assistunt ei, & tu (inquit Bernardus) sedere presumis? hoc est, accediose adesse audes, quia tepidus es, v̄ dormis, vel parcis voci, non viriliter cantando, vel leuitates exerceas, vel alios contristas diuersis modis, v̄ voluntarie à deo te auertis, aliena cogitando, vel tractando. Sic non fecerunt sancti angeli, quibus vis cōformari, quando suam confirmationem in gloria & gratia promeruerunt, sed laudauerunt deum sicut astra matutina, & iubilauerunt sicut filij dei, id est, in principio suæ creationis, & clare, & etiam ex filiali amore & reuerentia. O si videremus oculis corporalibus dominum nostrum Iesum Christum, & piã matrem eius, cum alijs sanctis & angelis in corporibus assumptis (quibus tamen in omni oratione nostra assistamus) v̄rigardentiores nos exhiberemus. Secundo angeli quibus debemus conformari, sunt purissimi ab omni contagione peccati. Sic mundemus nos ab omni peccato. Peccata præterita (ad quæ nulla se extendit potētia, quin oporteat ea esse facta) deleamus per veram penitentiam, & non nocebunt, nec oberunt in hac conformitate angelica, sed obtinebimus cum angelis innocentiam: & si non primam, tamē restitutam. Futura caueamus, ita quod quamuis sine v̄llo peccato veniali viuere non possumus, saltem ex certa scientia, & cum proposito ea non agamus, quæ noverimus esse peccata, licet venialia. Quia scienter ea agere, valde debilitat hanc conformitatem. Tertio, angeli quos visitant sua præsentia lætificant, sed dē-

Daniel. 7

Iob. 38

mones quos visitant, cōtristant. Sic præsentia nostra debet confratribus esse læta & recreatiua, non onerosa, quales sunt illi qui non dicunt aliquid ridiculū, & dicentibus molesti sunt, & ideo tales vitiosi sunt, **Philosop.** & dicuntur duri & agrestes, vt Philosophus dicit 4. Ethicorum. Nihilominus ioci nostri debent congruere personæ, tempori, & loco, vt sint honore digni, nec sint in operibus aut verbis turpibus, vel nociuis, nec modum excedant. Vnde Ambr. in libro de officijs ait. Caueamus ne dum relaxare animum volumus soluamus omnem harmoniam, quasi concentū quædam bonorum operum. Quarto angeli quando redeunt, non relinquunt post se sicut dæmones factorē. Sic charissimi fratres præsentes viuamus, vt cum recesserimus ex hac vita, non post nos factorem malæ famæ (quantum in nobis est) relinquamus: quia scādala hic relicta semper augēt authoribus eorum peccatam accidentalem in inferno semper existentibus (secundum sanctos doctores) & bona exempla augent meritum accidentale authoribus eorum existentibus in cælo. Pessimum peccatum est scandalū, id est, malum exemplum, vt in hodierno patet euangelio. Idcirco monemur per Ecclesiasticum, curā habere de bono nomine. Quinto angeli tenent suum ordinem in perpetuum. Sic nos in perpetuitate huius vitæ, seruemus ordinem quē professi sumus sub graui testificatione, nec contemnamos per temerarias transgressiones parua, vel magna in eo contenta, vt in his & alijs similibus hic angelis conformati, alicui angelorum ordini aliquando inseri mereamur.

**Ambrosi.****Ecclesi. 43**

**¶** Vitia esse multa quæ ab angelis differemes nos faciunt. **Exhortatio VI.**

**E** runt sicut angeli dei in cælis. Matth. 22. Cū constet ipsam veritatem dominū Iesum Christum dei filium, saluatorem nostrum hæc vero



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ba dixisse de nobis hominibus infirmis, mortalibus, miseris & infelicibus, deberent utiq; nos ea credentes efficaciter mouere ad relinquenda terrena omnia, carnalia & vana. Deberent etiam nos ad amorem celestium inflammare, vbi tanta nobis perpetua dignitas atque felicitas, cum angelicis spiritibus præparatur. Vbi autem non sequuntur talis motio & amor, signum est modicæ & tepidæ fidei. Non sumus in grati diuinæ pietati, dignantissime nobis talem honorem promittenti. De qua pietate dicit Bernardus:

**Bernard.**

O quanta dei pietas, vt nos vermiculi in numero angelorum debeamus computari. Moti vero & inflammati spe tantæ beatitudinis, tendamus ad eos, moribus eorum atque virtutibus nos conformando vt in peruentione similes eis esse mereamur, Nisi enim in hac vita eis conformemur, in futura similes eis non erimus. Videamus ergo vel in paucis quales sint, quorum nobis similitudo promittitur. Nihil habent sancti angeli de carne, cum sint purissimi spiritus & immateriales. Sic spiritus noster carnalia vitia nesciat: gulam dico atque luxuriam. Et si naturalis necessitate propter vnionem cum carne ea sentiat spiritus noster, non tamen consentiat, & proderit ei ad ornatum & meritum, & non oberit. Item angeli sunt purissimi, nec vnquam peccauerunt, neque peccare poterunt in æternum. Non sunt superbi, non ambitiosi, non quærunt quæ sua sunt, sed solum deum, in iubilando & laudando eum, non sunt acediosi nec tepidi, sed feruentes, non sunt inuidiosi, nec odio aliquem persequuntur, sed amore pleni sunt. Res in aperto est, non ingreditur templum domini, nec ciuitatem dei aliquid coinquinatum. Mundet ergo se, & caueat à peccatis, qui similitudinem cupit habere cum spiritibus beatis. Item beati angeli sunt simplices, sine dolo. Tales nos esse decet, vt fiduriam habere apud deum minimum angelorum mereamur, Dicit enim in Prouer

**Sapient. 8**

**Prouer. 10**

bjs: Qui ambulat simpliciter, hoc est, qui uiuit sine  
 dolo, ambulat confidenter. Et cum talibus fermoci-  
 natio domini est. Hinc est q̄vir iustus Iob, ad quē  
 fermo domini copiosus habitus est (qui tanta fiducia  
 gloriabatur apud deum, vt diceret: Etiam si occide-  
 rit me, in eum sperabo) simplex fuisse describitur, id  
 est, sine plica doloſiratis & falſitatis. Quantæ autem  
 æſumationis est, vt is qui personam Christi Iesu re-  
 præſentabat, simplex fuisse describitur? Quid nobis  
 hoc innuit, niſi quod nemo ad Christum pertinet, ni-  
 ſi simplex? Idcirco Apostolus Petrus monet fratres,  
 vt deponant omnem dolum. Sic faciatis & vos cha-  
 riſſimi, nec aliud ostendatis foris, & aliud occulte-  
 tis intus, non foris videamini blandi, & intus fitis a-  
 ſperi, in facie lenes, & intus duri, in verbis compaſſi-  
 ui & amici, intus vero hoſtes crudeles, in præſentia  
 qualiſi pacifici, & in abſentia inter fratres ſeminantes  
 diſcordias. Hi enim tales verba & facta præſidentis  
 um obſeruant, & poſtea (iſtis ignorantibus) qualiſi te-  
 xum commentantur, apponentes quæ placent, &  
 dimittentis quæ diſplicent ſecundum voluntatem  
 eorum peruerſam, ſingula peruertentes, & aliter quã  
 dicta vel facta ſunt, narrantes, pondera grauiã leui-  
 bus appendentes, & plumam leuẽ ad pondus cen-  
 tum talentorum reducentes. Hi tales falſarii, ſimiles  
 ſunt teſtibus falſis, de quibus fertur in euangelio,  
 quod erant falſi teſtes, quia verba & ſenſum muta-  
 bant verborum C H R I S T I. Dato etiam  
 quod bene repetiſſent verba Chriſti, & ſententiam,  
 tamen poſſent dici falſi teſtes alia ratione, ſcilicet ex  
 falſa intentione, quia nitebantur procurare necem  
 innocentis. Similiter eſt de iſtis, qui intendunt  
 animos ſubditorum contra ſuos P R A E L A T O S  
 ſuſcitare. Iſtorum verba bilinguium & ſufura-  
 tionum videntur qualiſi ſimplicia, ſed ipſa

Prouer. 3

Iob. 13

Iob. 1

1. Petri. 2

Lucæ 23

Pro. 38, 2



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- perueniunt vsq; ad interiora ventris, imò ad intima cordis, videntur simplicia, quia videntur sine plura dolositate, quia simulant se, loqui ex zelo iustitiæ & propter bonum illius cui loquuntur, sed intendunt nocere valde. Tales maledicuntur in Ecclesiastico, vbi dicitur: Sufurro & bilinguis maledictus: Multos enim turbauit pacem habentes. Ad euitandũ mala linguæ, impositum est nobis Carthusiensibus silentium perpetuum. Solummodo permittitur interdũ loqui de bonis. Verba vero angelorum, non discordiam, sed pacem sonuerunt. Imitantur autem eos, qui sunt ex parte eorum, scilicet simplices. Augustinus: Simplex obtrectare non nouit, inuidere nescit, suo contentus est, aliena non quærit. Ideo simplices hæreditabunt terram, scilicet viuunt in beatitudine sanctorum angelorum. Ecclesiasticus: Simplicitas iustitiam, dirigit eos ad beatitudinem. Et iterum: Qui ambulat simpliciter, saluus erit in futuro. Sed terribile est quod sequitur: Supplantatio, id est, duplicitas peruersorum, vastabit illos, in pœna inferni, & aliquando etiã propter hoc destruantur in vita præsentis. Itẽ sancti angeli viuunt ordinabiliter, quia vnusquisq; in suo ordine perseverat. Dionysius Ariopagita: Non estphas, quòd quis operari præsumat, quòd ad suum ordinem vel officium non spectat. Imitemur fratres sanctos angelos, & ordinate nos habeamus. Ordine nostrum teneamus, hoc est, secundum statuta nostra viuamus. Alterius officium non ambiamus, nec de eius factis nos intromittamus, nisi quãtum charitas vel obediẽtia, vel communis vtilitas (salua pace) admittunt, quia & sancti angeli mutuo iuuisse & ministrasse leguntur. Sicut autem malus est ordo, quando præsidens negligit officium suum, & præcipue curam animarũ, sic est inordinatio mala, quando subditi non obediunt, & de officio præsidẽtis se intromittunt, Contra primum monet Apostolus: Obedite præ
- Ecclesi. 28**
- Augustin.**
- Ecclesi. 11**  
**Ecclesi. 28**  
**Ecclesi. 11**
- Dionysius**  
**Ariopag.**
- Zacha. 2**
- Hebr. 13**

positis vestris, & subiācete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cū gaudio hoc faciant, id est, gaudentes de profectu vestro, & nō gementes, scilicet pro defectu vestro. Ideo subdit. Hoc enim non expedit vobis, quia est contra salutem subditorum. Contra secundum habetur in statutis nostris, vbi de monacho dicitur: quod de dispositionibus & negotijs, totiusq; domus cura, nulla se curiositate intromittat. Non enim expedit incolæ cellæ nosse huiusmodi: cum etiam totius domus paci contrarium sit. Notate hoc fratres, & ordinate vos secundum ea, quia alibi committitur visitatoribus, quod monachos, & alias domorum personas, quæ se de administratione domorum intromittunt, dure comprehendant & corripiant. Cellita vero debet ordinate intendere negotijs cellæ, quorum principale atq; finale est munditia, vel puritas cordis. Ad quod nō minus, sed per amplius præsidens tãquam sequester inter deum & conuentum, confugere debet omnipotenti, vt mens eius thronus dei esse valeat, à quo cū sita tam temporalia quàm spiritualia mirabiliter atq; salubriter dispensentur. Ideo dicit statutum. Prior ne forte temporalium rerum cura ac solitudine prægrauatus, spiritualibus minus possit intendere, tales singulis obedientijs fratres sataget deputare, quorum eas fidei secure valeat credere. Itaq; charissimi (secundum hortamenta Apostoli) omnia honestè & secundum ordinem fiant in nobis. Dominus enim omnia creata in certo ordine constituit. Idcirco optimus & maximus ordo est in beatis, quorum beatitudo in debito ordine consistit. Fratres audite, Quicumq; turbauerit ordinem nostrum, & conuentum, portabit iudicium cum Lucifero, qui turbauit conuentum cælestem, & ordinem, & cecidit cum complicitibus suis in infernum, vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

1. Cor. 14

Isaia. 14  
Iob. 10



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

¶ Angelorum officia erga nos, quomodoque nos debeamus in eorum conspectu psallere.

Exhortatio VII.

**I**N conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Psalmo 137. In conspectu angelorum, hoc est, in notitia angelorum. In quocunque loco psallimus deo, ipsi assunt, ipsi intuentur, ipsi cognoscunt, quales sumus, quid agimus, & qualiter agimus. Vt autem hæc angelorum notitia atque conspectus efficacius moueat, est hic annotandum, quod angeli sunt puræ intellectuales naturæ. Idcirco in cognitione sua non conuertunt se ad phantasmata, nec intelligunt syllogizando, hoc est, discurrendo de vno cognito ad aliud, vel cognoscendum, vel componendo, vel diuidendo, sicut nos facimus, in quibus multæ fallaciæ contingunt, & ideo sæpe fallimur. & ad intelligentiã non peruenimus, etiã post multos labores, sed ipsi angeli intelligendo cognoscunt. Idcirco nunquã falluntur, quæ teste Augustino, nil intelligit nisi verum. Et Philosophus 3. de Anima dicit. Intellectus semper est verus & verorum. Dupliciter autem intelligunt. Vno modo naturaliter, conuertendo se ad species intelligibiles eis inditas & concreatas, res intelligibiles præsentantes. Exempli gratia. Per speciem intelligibilem hominis eis cõcreatam, intelligunt & cognoscunt sine vllò labore oĩa quæ sunt de natura hũana & quæ ei conueniunt, & quæ ei non conueniunt. Simili modo cognoscunt omnes angelos, & omnes cõcreaturas, & seipsas in essentia sua. Sufficit hoc tetigisse de naturali cognitione. Alio modo intelligunt beatissime, quæ cognitio est incomparabiliter perfectior. Itaque videndo diuinam essentiam in verbo illo im-

Augustin.

commutabili substantiali, intelligunt & cognoscunt simul omnes creaturas secundum essentias & naturas earum atque rationes eas vnica specie intelligibili. Hoc est quod dicit August. 15. de ciuitat. dei. In patria inquit non erunt volubiles nostrae cogitationes ab alijs in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram simul vno conspectu videbimus. Istam vero cognitionem in verbo semper habent angeli sancti actu, & nunquam in potentia. Quia beatitudo in actu consistit, & non in habitu. Vt etiam Philosophus testatur primo Ethicorum. Haec de supernaturali cognitione angelorum dicta sufficiant. Ex ijs charissimi maiora & ampliora colligite & quid sit esse in conspectu angelorum, formidulosius cogitate. Qui cum sint nobilissimae naturae, ita quod omnem corporalem naturam & humanam etiam in Christo, longe antecedant, nobis tamen immundis, & peccatoribus ingratis (nimia charitate deuicti) ministrare, assistere & ad salutem consulere & collaborare non dedignantur, & praecipue in diuinis laudibus. Naturale est enim quod simile suo simili sociatur. Agricola agricolae iungitur, doctor doctori, tractant fabrilis fabri. Proprium officium angelorum est laudare deum. Idcirco nobis officium eorum discuntibus & exercitantibus (cum hoc maxime in nobis diligunt, quod in seipso amant) libenter assistunt, imo & praeueniunt nos, incitando nos ad laudes diuinas, sicut scriptum est: Praeueniunt principes coniuncti psallentibus. Notate fratres, quod dicitur psallentibus. Dicit Apostolus: Psallam spiritu, psallam & mente. Spiritus (inquit Iohannes) est deus & eum qui adorant cum in spiritu & veritate oportet adorare. Deus non indiget strepitu oris, aut clamoribus vocis, nec ijs delectantur sancti angeli. Si in psallendo mens desit & S P I R I T U S ( nisi humana fragilitas excusset) potius insanire dici possumus quam psalle-

Augustin.

Psalm. 67

1. Cor. 14

Iohan. 4

1. Cor. 14

potius

r 4



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- Basilius.** re. Et iuxta sanctum Basilium, magis deum ad iram prouocamus, quam placamus. Cum ergo psalmis & hymnis oratis deum (inquit Augustinus in Regula) hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Audiunt hoc qui ex proposito euagantur. Si vero (inquit sanctus Basilius) debilitatus a peccato, fixe nequis orare, quantumcumque potes teipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo quod non ex negligentia sed ex fragilitate non potes (vt oportet) assistere coram deo. Negligentia ergo condemnatur. Vnde Hieremias ait: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter, iuxta vnam translationem. Negligentes ergo displicent deo, & sanctis angelis eius, similiter desidiiosi, somnolenti, pigri, parcentes vocibus, & omnes acediosi.
- Bernard.** Dicit Bernardus: Milia milium ministrant ei, & decies milies centena milia assistunt ei, & tu sedere præsumis: id est, accidias. Quapropter monet idem, quod semper strenue, hoc est hilariter ac reuerenter diuinis laudibus insistamus. Angelis quippe suis mandauit de te o homo, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Tãto dignum honore deo duxit hominem. Merito gratias cum reuerentia retribuere debet deo in cõspectu angelorum eius, imò & ipsis angelis sibi ministrantibus. O si oculi interiores forent tantæ efficacis quãtæ sunt exteriores, quid faceremus? Forte fugeremus a facie gloriæ maiestatis dei, & angelorum eius. Ex quo ergo dum deo psallimus semper in conspectu angelorum, & præcipue proprii angeli, psallimus cum reuerentia, attendamus eos, & simus vigilantes atque deuoti, verba spiritus sancti virili voce resonantes. Nemo se excuset, dicendo, vox mea non iuuat chorum
- Marc. 22** Duo minuta pauperis viduæ respexit deus potius quã magna munera diuitum. Conatum & possibilitatem cum bona voluntate respicit deus magis, quam indignantiam vocis naturalis. Imò iuuant voces minores chorum plurimum, quia præter hoc quod debitum

implent, etiam inter sonantes voces, dulcedinem cā-  
 tui præbent, quemadmodum stellæ minores quæ non  
 videntur, firmamentum illustrant, & galaxiam lacte-  
 am viam parant. Maxime attendamus eum cui psāl-  
 Simus, cui omnia nostra clarius quàm angelis parent  
 Sicut credimus nos ab eo videri (quæ credulitas sæ-  
 pe sterilis est) ita conemur per gratiam eius sentire  
 respectum eius, qui foecundissimus est. Hinc secundum **Hebr. 12**  
 monita Apostoli, seruiamus (illi placētes) cum metu  
 & reuerentia. Talium choris libenter inter sunt an-  
 geli sancti. Coniunguntur enim psallentibus in me-  
 dio iuencularum tympanistriae, vt dicitur in Psal. **Psalm. 67**  
 Iuenculæ enim sunt timoratae, reuerentiales, deo-  
 ta, pulchræ, splendidae, ornatae, foecundæ, tympani-  
 sta. Et significant animas sanctas psallentes domino **Psalm. 2**  
 in timore, & exultantes ei cum tremore, deuotas per **Psalm. 46**  
 resignationem voluntatis in diuinum beneplacitum  
 pulchras per prudētiā, splendidae per sapientiā: quā  
 monentur psallere sapienter, ornatas per virtutes, fo-  
 cundas, per merita, tympanistas per mortificationem  
 carnis. Et sicut talibus libenter assunt sancti angeli,  
 & ministrant in vita, ita tales defendent in morte, &  
 deferent ad gloriam. Narrat sanctus Anselmus in li-  
 bro de Similibus, quod quidam monachus sui mona-  
 sterij post mortem apparens dixit. Ter vsus inuas-  
 fit me, sed vsarius domini dei liberavit me. Appella-  
 uit autem vsus diabolus, & vsarium sanctum Mi-  
 chaelem archangelum. Inuasit autem eum diabolus,  
 volens eum deducere in desperationem propter com-  
 missa peccata. Primo, propter peccata commissa ante  
 baptismum, propter quæ dum penē desperaret, san-  
 ctus Michael incitavit eum ad spem, dicens illa p ba-  
 ptismum fuisse remissa. Secundo propter peccata cō-  
 missa ante religionis ingressum, propter quæ dū tur-  
 baretur, sanctus Michael confortavit eum, dicens illa  
 per religionis ingressum condonata fuisse. Tertio

Anselmus



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

propter peccata commissa in religione, propter quæ dum anxie fluctuaret, consolatus est eum sanctus Michael, dicens illa per austeritatem religionis, & mortificationem voluntatis, & patientiam in ægritudine fore dimissa. Sic defensus ac confortatus fuit ille ab angelo, ne periret. Quod vero angeli animas sanctorum ad gloriam deferant, patet de sancto Lazaro, de sancto Martino, & alijs multis. Sic itaq; fratres dum viuimus, in cōspectu angelorum psallimus vt in morte ab eis defendi, & post mortem in cælum deferri mereamur.

De angelorum natura, gratia & gloria  
& de scandalo actiuo & passiuo.  
Exhortatio VIII.

Daniel. 10

**I**N angelis suis reperit prauitatem, Iob. 4. Venerabilem memoriam facit hodie ecclesia principis sui cælestis sancti scilicet Michaelis archangeli. Sicut enim ante aduētum dñi idem extiterat princeps populi dei, prout in Daniele habetur, ita secundum dicta sanctorum doctorum, nunc est princeps ecclesiæ. Et quia singulis filijs ecclesię specialis patronus angelicus pro ipsorum custodia deputatus est, pro tanto beneficio ecclesiæ atq; humano generi collato, deo collatori, & principi Michaeli, cæterisq; ministrantibus nobis angelicis spiritibus debitas gratiarū actiones impēdimus. Vniuersis nihilomin⁹ cælestis curię purissimis spiritibus cultum ac venerationem dignissimam exhibemus, laudantes & glorificantes deum qui ipsos tantæ nobilitatis effecit, vt sint omnino purissimi, nulli corporeæ naturæ alligati, omnino liberi, dei similitudine excellentissime decorati. Puræ intelligentiæ, semper actu intelligentes, non tamen abstrahendo à phantasmatibus (sicut homines faciunt) sed ad species omnium rerum ipsis concreatas

se conuertendo. Vnde semper intelligunt veritatem Nec falluntur vnquam in cognitione naturali, nec impediuntur, nec retardantur in suo actu intelligibili, quia non intelligunt discurrendo, colligendo notitiam vnus ex cognitione alterius, sed statim in illis quæ primo naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia quæcumque in eis cognosci possunt. In principijs enim cognoscunt omnes conclusiones quæ ex illis inferri possunt. Et in causis vident omnes effectus. Et e contrario, in effectibus vident causas. Vident id est, cognoscunt. Non autem cognitione veritatis ignotæ syllogisando acquirunt. Sunt etiam nobilissimæ voluntatis, affectionis atque dilectionis. Porro nobilitas naturæ ipsorum effugit cognitionem humanam. Nos enim (vt ita dixerim) comparatur ad ipsos sicut vermiculus, aut talpa reptas ad volentem auem. Naturalia tamen eorum beatos ipsos efficere non potuerunt. Indiguerunt igitur auxilio supernaturali, id est, gratia dei, quæ nobilior est omni creato, quia est quædam participatio diuinæ naturæ, atquæ consortium, per quam meritorie mouetur in supernaturale bonum, id est, deum voluntate consentiente, & libero arbitrio agente. Et quia sunt spiritus purissimi, sine impedimento in instanti & sine tempore mouentur in quod mouentur. Et quia sunt indiuisibilis naturæ, totaliter mouentur in quod mouentur. Et quia totaliter mouentur, idcirco motus ille iterari non potest. Itaque postquam gratiam ceperunt, siue in creatione (vt quidam volunt) siue in primo instanti post creationem (vt alij dicunt) statim in primo instanti sequenti domino deo suo, creatori suo, conseruatori suo, gratificatori suo, fidelissime inhæserunt, & æternam felicitatem promeruerunt, & confirmatiōem inamissibilem obtinuerunt. Tunc illa astra cœli deum laudauerunt, & cœles filii dei effecti glorificatori suo iubilauerunt, vt testatur dñs ad Iob:



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Et quia secundum nobilitatem nature angelicæ, ipse data est nobilitas & maioritas gratiæ, consequuta est etiam singulis nobilitas diuersa gloriæ. Quæ diuersitas mirum in modum exornat cœlestem curiam. Diuersitas quippe rerum est decor vniuersi. O nobilitas nature. O nobilitas gratiæ. O nobilitas gloriæ. O nobilissima innocentia, nunquam peccato violata, Pro tanta felicitate in hac gratissima solennitate, ipsis beatissimis spiritibus congaudemus, eorum suffragia ambimus, & societatem concupiscimus. Sed heus inter tanta bona & dona sua, atque benedictiones dominus creator optimus, in angelis repperit prauitatem. Primus enim angelus omnium (prout solennior est opinio) in superbiam elatus, contempsit motum gratiæ, volens (sine gratia) ex suis nobilibus naturalibus habere beatitudinem & gloriam. Hoc consonat dicto Anselmi, dicentis: Quod angelus peccans appetit illud, ad quod peruenisset si fletisset. Sed in veritate non fletit, vt ait dominus in euangelio: sed quasi fulgur præ velocitate superbiæ cecidit de cœlo. Potuit tamen esse, quod aliquid aliud petierit, & ex consequenti aliquem principatum, ad quem virtute suæ nature poterat peruenire, auertens appetitum suum à beatitudine supernaturali. Ad prauum autem hoc desiderium suum, sua persuasione allexit & inflexit consensum multorum angelorum, qui consenserunt ipsi, & eum in sua peruersitate ad hæc in principem habere maluerunt, vt scilicet virtute naturali suâ vltimam beatitudinem consequerentur, quam quod subderentur, per eius auxilium beatitudinem consequuturi. Hoc scandalum fecit angelus primus in cœlo verbo & facto. Facto, prout iam dictum est, quia per superbiam auertit se ab auxilio diuino, volendo beatitudinem, alijs videntibus. Verbo, quia per vim voluntatis suæ angelos attentos fecit, & volendo ipsam suam voluntatem ostendit. Hæc enim est loquutio

Anselmus  
Iohan. 8  
Lucæ 10

angelorum. Idem nos loquēdo facimus, nisi q̄ propter imbecillitatē virtutis, vel vigoris animæ, & propter corporeitatem indigemus verbis oris, vel signis ad innotescendum mentis conceptum. Fecit hoc scādalum in cælo, quia scandalum est dictum, vel factū minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ. Vt cælo à scandalo. Neesse erat quod ibi fierent scandala, quia nōlebant humiliari sub deo: Idcirco ruunt etiam irrecuperabiliter, quia totaliter (sicut spūs indiuisibiles) se auerterunt, & superbia eorum (q̄ deffoderunt) ascendit semper. Hæc sunt duo peccata diabolo propria, superbia & inuidia. Odium sequitur ex inuidia. Inuidit deo diabolus, quod sua dānatiōe & ruina vitur ad gloriam suam deus. Inuidet homini quod ascendit vnde ipse cecidit. Alia peccata non conueniunt diabolo, nisi per reatum. Reus enim efficitur, eo quod desiderat, suadet & cooperatur hominibus vt carnalia, & alia peccata faciant. Auertat deus optimus, ne aliquis sit in hac sancta congregatiōe qui scandalum præstare velit: Vt etenim ex euangelio imminet illi qui scandalisauerit vnum, qualia ergo deteriora erunt illi qui scandalisauerit plurimos, & præcipue religiosos, adhuc pusillos, incipientes cre scere in vita spirituali? Inueniuntur heu nonnulli in congregationibus religiosorum deū colentium, q̄ cum cæteris appellantur fratres, ea veritate qua diabolus in cælo appellabatur angelus, qui imitatores illius facti, superbia, ambitione atq; inuidia excæcati, putant se bene agere, & subditos ab obediētia & amore superiorum (dei vices gerentium) auertere conantur. Et interdum eis se per seruitium & familiarē applausum subdunt, quorum vitam detestantur, ea in tentione, vt in peruerso proposito ipsis sint in administrum. Detrahunt, peruerse iudicant, opinata pro certis referunt, leuia grauant, breuia extēdunt, & omne tempus in meditatione maligni consilij expēdunt,

Scandalū  
quid.

Matth. 18



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

& nonnunquam omnes dies vite ipsorum perdunt, Quid istos, nisi terrestres dæmones dixerim? Pro exercitio bonorum & probatione, deus in ecclesia sua tales sustinet. Ipse autem deus optimus à nobis tales auertat. Vos autem charissimi, nolite (etiam si datū fuerit) recipere scandalum, vt propter verba vel facta minus bona auertamini à diuinis mandatis, & ordinis nostri sancti obseruantijs, & declinetis in peccata, Hæc esset magna pusillanimitas. Sed sitis magni & constantis animi in sancto arrepto proposito vestro. memores q̄ angeli ex passo scandalo facti sunt dæmones. Semper mali fuerunt cum bonis. Pro breui informatione scitote quodd scandalum præstitum vel actiuum dicitur, quando aliquis intendit verbis vel factis aliquem inducere ad peccatum, vel si non intendat, tamen ita peccat, scilicet publice, vel aliquid facit quod natum est alios ad peccatum inducere, v̄t habet speciem malā, etiam si non sit malum. Ab omni specie mala abstinete vos, dicit Apotolus. Passiuum scandalum dicitur, quando aliquis ex malo exemplo labitur in peccatum. Quidam tamen peiorantur & scandalisuntur propter bona facta, puta quia seruānt mandata dei, vel ordinis. Et hoc est scandalum malis gnos, & appellatur pharisæos, quod in euangelio dominus contemnendum docuit. Oportet tamen interdū non necessaria ad salutē bona facta differre, do nec infirmitas & ignorantia pusillorum instruat, ne scandalum patiantur ex bonis factis. Charissimi, me moneo primum, & seniores in ordine mecum, de mus iunioribus filijs nostris bonum exemplum. Scādalum nostrum maxime nocet. Dicunt doctores nostri, quod pœna Arrij in inferno semp crescit, propter scandalū q̄d præstitit in ecclesia. Vos iuniores charissimi filij, nolite scandalisari, si lapsi fuerimus. Nitimur em̄ refurgere. Bona autem imitamini semp. Sæpe etiam putamur male agere, cum bene

1. Theff. 5

Matth. 15

fecerimus. Oēs autē ita viuamus vt posteris nostris bonū exemplū relinquamus, vt cum apparuerimus inter angelos & filios dei, non reperiat deus in nobis sicut in angelis suis prauitatem.

**De angelorum malorum, quos mali imitantur monachi, ruina.**

**Exhortatio .IX.**



Ecce qui seruiūt ei nō sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Iob. 4. Festum agimus sancti Michaelis hodie fratres & omnium angelorum, laudantes deum quōd creauit illas nobilissimas creaturas, & congaudentes eidem p̄ per dei gratiam & bonam suam volūratem euaserunt lapsum & perditionem maloz angelorum, & cōsequuti sunt stabilitatem, & confirmatiōem in bono & felicitatem æternam. Et merito ipsis congaudem⁹ quia ipsi super nostra p̄nitentia & salute gaudent, socios suæ beatitudinis, & ciues cœlestes omnes nos esse cupientes. Quorum, & si non naturam vel innocentiam (cum ipsi nunq̄ displicuerunt, neq̄ offenderunt deū sicut nos) tñ similitudinem dñs repromisit nobis dicendo, quōd erimus sicut angeli dei in cœlis. Matth. .32

Quod veraciter eueniet ijs, qui studuerint se in p̄senti vita angelis simulari. Quapropter in retroactis annis monui charitatem vestram fratres, vt toto conamine satageretis hanc nobilissimam in vobis similitudinem exprimere. Nunc autem placet similitudinem proponere malorum angelorum, vt caueatis, ne in ruinam & perditionem cum ipsis veniatis. Nō debemus esse securi, sed semper pauidi, quia in p̄allegato themate dicitur: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles & in ANGELIS suis reperit prauitatem. Et sequitur in textu. Quanto



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iohann. 3

magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, & cæt. Innuit quod erunt homines magis in bono instabiles, & reperientur in prauitate. Timeamus ergo fratres, & caute agamus, vt malorum angelorum similitudinem euadamus. Ecce q̄ feruiunt ei, id est, angeli, non sunt instabiles. Huic dicto attestatur veritas apud Iohannem dicens: Ille in veritate non stetit, in debita obedientia ad deum. Res enim dicuntur veræ in quantum conformantur veritati primæ, à qua veritate prima deuiavit diabolus per superbiam. Et nos fratres, tunc sumus veraciter homines, quando ratione regulamur, tunc sumus vere Christiani, quando Christo per omnia conformamur, tunc sumus veri monachi & Carthusienses, quæ vitam ducimus Carthusianam, à qua veritate si deficiamus, in veritate cum diabolo non stamus: quia istæ veritates in prima veritate radicantur. Quia ergo diabolus in veritate non stetit, id est non permansit, factus est instabilis. Intelligimus autem clare ex ijs verbis, q̄ angelus malus, id est, diabolus aliquando (saltem ad momentum) steterit, quia nemo efficitur instabilis, aut cadit, nisi qui stat, ergo diabolus non est malus creatus, aut malus per naturam, sed per culpam, imo omnes spiritus angelici creati fuerunt in gratia. Et quia excellentius homines ad imaginem dei creati erant, debebant in actum liberi arbitrii procedere ad promerendum secundum liberam electionem. Et quia omnis creatura siue intellectualis, vt homo, si in sola natura consideretur, potest peccare (nisi per gratiam diuinam adiuuetur) quidam eorum (per gratiam adiuti) elegerunt libere bonum incommutabile, scilicet deum, & statim confirmati sunt in gratia, & perpetue beatificati. Quidam vero elegerunt peruersè bonum commutabile, vel si incommutabile bonum, tamen peruersè, puta si ne diuina gratia, volentes per sua naturalia obtinere

re quod per dei gratiam promeretur. Et hoc confos-  
 nat dicitis Anselmi, q̄ dicit, q̄ appetijt illud ad q̄d per Anselmus.  
 uenisset, si stetitset. Siue ergo bonum commutabile  
 pro ultimo sine beatitudinis elegerit (ad quod pro-  
 pria virtute peruenire poterat) siue bonum incōmu-  
 tabile sine gratia dei desiderauerit, vtrumq; tamen p̄  
 suam virtutem habere voluit, quod est propriū dei:  
 & ex hoc etiam consequutū est quod appetijt aliquē  
 principatum super alia habere, & sic dei similitudinē  
 ambiuit: volens in hoc similis esse altissimo. Non em̄  
 appetere potuit similitudinem dei per naturam siue  
 essentiam, quia per hoc appetisset suum non esse, cū  
 nulla natura transire potest in aliam naturā sine sui  
 totali corruptiōe, quod à nulla creatura est appetibi-  
 le. Appetijt igitur diabolus dei similitudinem peruer-  
 se. Et quia liberum arbitrium angeli est flexibile ad  
 vtrumq; oppositorū ante electionem, & non post,  
 ita q̄ post electionem apprehendit immobiliter & ad-  
 hæret fixe (quemadmodum homo post mortem ap-  
 prehendit & hæret, & sicut ante mortem apprehen-  
 dit homo prima principia immobiliter & fixe adhæ-  
 ret) Idcirco diabolus obstinatus est in malo, nec po-  
 test relinquere quod apprehendit, nec deferere quod  
 elegit & dilexit. O charissimi fratres, caueamus hanc  
 similitudinem. Humanum est peccare, sed diabolicū  
 perseverare. De communi cursu, quando aliquis mo-  
 nachus efficitur in professione, quasi à nouo creatur  
 in gratia, cum remissione plenaria omnium pecca-  
 torum. Et est ipsa professio quasi secundus baptisimus,  
 (nisi aliquis obicem posuerit) secundum sententiam  
 sancti Bernardi, sancti Thomæ, & aliorum. Sed inuē-  
 niuntur interdum nonnulli, quando debent secun-  
 dum professionem suam in actum & operationē pro-  
 cedere, contra professionem suam instabiles efficiū-  
 tur, & per superbiam ab obedientia recedūt, proterui  
 & pertinaces in malitia sua, & obstinati, sunt monas-



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

chi qui cum deberent eligere & requirere incommutabile bonum pro fine vltimo, & locare in illo amorē suum, & totum gaudium, conuertuntur ad bonū cōmutabile, puta honorem, libertatem, consolationes carnales, & seculares, atq; similia, quæ vt consequi possunt, quærunt principatum, alijs nituntur præfese, propria æstimatione se præ cæteris digniores existimant, & ad ipsorum fauorem alios precibus, muneribus atq; promissis pertrahunt. Ex hoc oriuntur scādala multa in monasterijs, sicut ex superbia Luciferi scādala orta fuerunt in cœlis. Torquetur etiam diabolus inuidens quodd deus suo peccato vitur & verit ad suam gloriam, & q̄ homo beatitudinem cōsequitur humilis, quam ipse amisit superbus. Hæc et go duo peccata insunt dæmonibus secundum affectū. Secundum reatum vero omnia peccata in dæmonibus esse contingit: quia dum hoies ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt. Quia aut̄ diabolus dicitur, quasi deorsum ruens, merito per superbiā (ambiēdo principatum) improuide ruentes, diaboli dicunt. Et quia Sathan aduersarius dicitur, merito qui bonis fratribus aduersant̄ & turbant, sathan appellat. Quia vero dæmon dicit̄ sciens merito ij qui scientijs conquirendis (contemptis alijs necessarijs ad salutem) curiose & indiscrete studium impendunt, dæmones appellantur. Quia vero Leuiathan additamentum dicitur, merito qui peccatum peccato, & transgressiones regulæ, vel statutorum transgressionibus addunt, penē nihil curantes statuta, vel ordinatiōes patrum, Leuiathan appellantur. Sunt & alia malorum angelorum nomina, de quibus non est nunc dicendum per singula. Hæc tamen fratres propterea perstringendo commemorauī, vt excitem corda vestra vigilare cōtra aduersarium vestræ ne similes ei efficiamini, & inueniat deus in vobis seruis suis instabilitatem & prauitatem.

**Malorum angelorum vitia quæ sint.**  
**Exhortatio X.**



**VI** facit concordiam in sublimibus suis, nunquid est numerus militum eius? **Iob. 26.** Hodie solennem festiuitatem facimus omnium beatorum spirituum pure intellectualium. Hi sunt sublimes milites dei. Qui cum sint innumerabiles, hoc est, in superexcessiuo numero, secundum quod in scripturis res etiam corporeæ, sicut magnus exercitus, vel stellæ cæli, aut certe arenæ maris, dicuntur innumerabiles, cum tamen sint ei numerabiles & numerati, qui omnia condidit in numero, tamen ipsi in innumerabili numero existentes, & in vna familia dei, sunt inter se concordēs & pacifici per omnem modum. Hoc inter mortales non est, quia mortales adhuc sunt in via, tendentes ad finem. Milites vero dei sunt in termino. Quando tamen erant omnes spiritus intellectuales simul creati, & in statu merendi, orta fuit inter eos magna discordia, contentio, schisma, bellum, rixa, seditio, & scandalum. Quos autem præsciuit & prædestinauit, & elegit in filios suos deus antequam crearet, ex misericordia sua infirmitate, & gratia, concordēs effecit & pacificos, ipsis consentientibus, & per liberum arbitrium (à deo motum) cooperantibus ipsosque in bono confirmauit. Beati ergo sunt illi purissimi spiritus, qui concorditer suum superiorem cum omnimoda humillima subiectione, cognouerunt, per amorē inhaeserunt, per cultum coluerunt, per obedientiam seruerunt. Quater igitur beati, & adhuc ter beati, qui nunquam deo displicuerunt, nunquam offenderunt, semper placuerunt. Ad horum felicissimam societatem, imò parilitatem, ne dicam & maioritatem, vocauit nos deus, inuidente peruaricatore spiritu. Sed verum



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Pſalm. 5

est quod cantat nobis quotidie Dauid: Non habitabit iuxta deum malignus, nec permanebunt iniusti ante oculos eius. Caueamus ergo preuaricatorum spirituum vitia, si voluerimus euadere ruinam, discordiam, contentionem, schisma, bellum, iram, seditionem & scandalum. Hæc enim omnia in ipsis fuerunt quando ceciderunt, licet non ita proprie, sicut hæc vitia sunt in hominibus. Conemur vero in nobis per dei gratiam experiri & possidere effectus hos charitatis cum beatissimis spiritibus, scilicet concordiam & pacem, vt per hæc terrestres angeli, imo & dei filij merito appellari mereamur. Vbi cumq; enim in congregatione inueniuntur concordia & pax, non hominum, sed angelorum conuentus ab hominibus acclamatur, a deo vero dei filij nuncupantur. Vbi vero dissidium regnat, dæmones appellantur. Propter mutabilitatem liberi arbitrij nostri, possunt præfata contraria per vicissitudinem nobis inesse. Ecce de dono dei, hæc præfens magna congregatio, monastica fruitur concordia & pace. Testantur hoc chartæ visitorum nostrorum. Sed caueamus, non simus torpentes aut præsumentes, callidus & fortis est qui nos persequitur, nouit qd deus in angelis suis reperit prauitatem, scit qd Iesus in discipulis suis inuenit contentionem, qui dii appellantur, quanto fortius hæc inuenientur in homine: qui putredo est & vermis. Præuaricator spiritus nomine diabolus, plenus inuidia, venenata vitia præscripta, omni nititur nobis spiritibus viris, doloso conatu infundere. Quæ vt securus euadamus, expedit eorum vt naturas clari agnoscamus. Occasionem do, vos autem qui verbi huius vsuras soluetis, studeatis ea melius agnoscere, & funditus euadere, quæ nondum ex me prædicante didicistis. Concordia sonat diuersorum cordium vnionem. Discordia vero disgregationem. Quæ disgregatio vel discordia, quandoq; fit ex proposito, quando scilicet

Iob. 4

Lucæ 22

Iohan. 25

aliquis intendit sciēter discordare vel à bono diuino, vel à bono proximi, vbi tamen deberet consentire & concordare. Et quia hoc contrariatur charitati dei & proximi, idcirco de genere & natura sua talis discordia est mortale peccatum, nisi forte essent primi motus huius discordiæ, & propter imperfectiōem actus talia forent venialia. Hoc attendere debent omnes qui votare habent in curijs principum, in senatu ciuitatum, & aliarum certu communitatum, & in congregatione religiosorum conuentuum. Non oportet semper eligere optimum. Sufficit eligere bonū. Quando ergo à regente proponitur qđ bonum est, siue diuinum, siue humanum, propter deum tantum, vel propter deam & proximum simul, tunc dignum est qđ ei concordetur. Sed dicit aliquis: Aliud est melius, ergo magis eligendum. Respondetur: Non oportet quod melius est eligere, sed sufficit bonum eligere: imo interdum quod apparet melius non est melius, sed peius. Fit ergo ex isto qđ quis suum sentire p̄fert inordinate alijs, quod spectat ad superbiam, vel vult videri aliquid posse contra alios, vel presidentē quod spectat ad inanem gloriam. Et propterea discordia à beato Gregorio 31. Moralisti dicitur filia inanis gloriæ. Potest tamen oriri ex inuidia, quando aliquis recedit per discordiam à voluntate alterius, de cuius gloria, vel profectu, vel lætitia tristatur. Hęc odibilis discordia sicut quondam cœlum, ita nunc terram deuastat. Quandoq; vero fit discordia præter intentionem discordandi, puta cum intentio aliquorum tendit ad aliquod bonum, vel diuinum, vel humanum, id est, proximi, & vnus æstimat hoc esse bonum, alius vero habet opinionem contrariam, talis discordia non est peccatum, nisi esset cum errore circa ea q̄ sunt de necessitate salutis, vel cum pertinacia in debita, quæ pertinaciā esset damnabilis. Concordia enim quæ est charitatis effectus, est vnio voluntatis, cui

Gregor.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

contrariatur discordia, non vnio opinionum. Sicut autem discordia contrarietatem importat in voluntate, ita contentio contrarietatem importat in loquutione. Quæ cum fit cum impugnatione veritatis, & inordinato modo, est peccatum mortale. Et hoc modo diffinit Ambrosius contentionem, dicens. Contentio est impugnatio veritatis cum fiducia clamoris. Si autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo actionis, tunc est laudabilis & meritoria. Si vero desit debitus aut ordinatus modus, sic potest esse veniale peccatum, nisi tantus excessus foret, quod generaretur scandalum. Propterea monet Apostolus: Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Angeli non vtuntur verbis, sed tamen habent loquutionem intellectualem, qua instanti temporis contendebant. Notandum quod tam in angelis quam etiam in hominibus, soli mali dicuntur discordes & contentiosi, non autem boni, quamuis resistendo malis discordent atque contendant. Fugiamus hæc vitia fratres: quia (testante Apostolo) qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Tamen quibusdam religiosis imprudentibus & vanis, qui sibi videntur aliquid esse, cum nihil sint nisi satis familiaria. Schisma secundum Isidorum, à scissura animorum vocatum est. Idcirco schismatici proprie dicuntur qui propria sponte & intentione se ab unitate ecclesie separant, quam charitas facit. quæ non solum alteram personam alteri vnit spiritali dilectionis vinculo, sed etiam totam ecclesiam in unitate spiritus connectit vni capiti. i. Christo, & eius vicario, summo pontifici. Huic capiti seque pontifici, nolentes subesse, nec membris ecclesie ipsi subiectis communicare, schismatici dicuntur. Hæc scissura fuit in malis spiritibus, qui volebant similes esse altissimo, quod est non subesse, nec volebant bonis spiritibus communicare in charitate. Pariformiter in congregatione fit

Ambrosi.  
Contentio  
quid.

2. Thi. 2

Galatas. y

Schisma.  
Schismatici  
et.

delium & monasteriorum, qui nolunt subesse præla-  
 to seu præfidenti, nec charitatiue cum fratribus viue-  
 re, schismatici sunt. Orat Apostolus Paulus fratres, 1. Cor. 7  
 dicens: Oro vos fratres per nomen domini nostri Ie- 1. Cor. 11  
 su Christi, vt idipsum dicatis oēs, & non sint in vo-  
 bis schismata, Et iterum: Audio scissuras esse inter  
 vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse,  
 vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Vbi  
 innuit Apostolus: adhuc aliam peiorem scissuram  
 quam est schisma, scz hæresim, q̄ separat nedum ab ec-  
 clesie charitate, sed etiam fide. Quæ scissuræ nõ no-  
 cent electis, sed conferunt salutem, sicut scissura ma-  
 lorum angelorum non nocuit bonis, sed gloriam præ-  
 ficit & laudem. Bellum est, qm̄ multitudines se inua-  
 dunt autoritate superiorum. Rixa est q̄ddam priuatum Bellum.  
 bellum, quod inter priuatas personas agitur, non ex Rixa.  
 aliqua publica autoritate, sed magis ex inordinata  
 voluntate, quando scz ex ira inuicem se percutiunt,  
 & qui talia agunt, regnum dei non consequent. Galat. 5  
 Licet tamen vim vi repellere, cum moderamine inculpata  
 tutelæ, non tamen animo vindicandi, vel interficien-  
 di, vel grauiter lædendi, nec ex odio, & cæt. Patet ex  
 his, quod sicut præcedentia vitia important contrari-  
 etatem in voluntate, in verbis, & in subtractione ob-  
 edientie & communionis, ira ista duo important cõ-  
 trarieratem in factis. Quæ etiam fuerunt in angelis,  
 licet non adeo proprie sicut in hominibus sunt. Ma-  
 libonos inuaserunt, boni se defenderunt & præualu-  
 erunt, & a regno cæli malos expulerunt, iuxta illud: Apocal. 15  
 Factum est prælium in cælo, & cæter. & hoc quoad  
 bellum. Quo ad rixam, videte omnes picturas, &  
 inuenietis dæmones arma non habere, sed amisisse.  
 Bonos ANGELOS videbitis gladijs & cruci-  
 bus, exacutis cuspidibus percutere, vulnerare atque  
 depellere. Rixa longe sit a nobis, ne pugnis inui-  
 sem inuadamus. Scrui dei non licet litigare, multo 2. Tim. 2



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Seditio.

2. Cor. 12  
Prouer. 6

Scandalū.

minus percutere. Bellum & si non geramus corpore, cauemus ne consentiamus mente, & reos nos cōstituiamus omnium in bello occisorum. Seditio (teste beato Gregorio) ad ciues pertinet. Et est quædam discordia, non vnus ad vnum, sed partium multitudinis ad inuicem. Schisma spiritualium, seditio vno partium tēporalium. Schisma vnitati opponitur ecclesiasticæ, seditio vnitati opponitur multitudinis secularis, vel temporalis, & præparationem ad pugnam corporalem importat. Hoc peccatum testante eodem, nõ solum est in eo qui discordiam seminat, sed etiam in eis qui inordinate ab inuicem dissentiant. Detestatur Apostolus vitium hoc in fratribus. Et vltra odium sex vitiorum, anima domini detestatur eum qui seminat inter fratres discordiam, vt dicitur in prouerbijis. Tales sunt cum seditiosis præuaricatoribus spiritibus terrefactis dæmones. Scandalum est dictum vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ. Minus rectum dicitur, quod deficit à rectitudine, quia vel est secundum se malum, sicut est peccatum, vel quia habet speciem mali. Et quãdo aliquis per hoc intendit alium inducere ad peccatum, tunc vocatur scandalū actiuum per se, & contrariatur directe charitati proximi. Est etiam scandalum actiuum, quando aliquis non intendit quidem aliquem inducere ad peccatum tamen talia loquitur & agit minus bona, vnde alius capit occasionem peccandi. Stolidus est, qui propter mala verba vel facta aliorum, præcipitat se in peccata. Malitiosus est, qui etiam ex bonis verbis & bene actis proximi, occasionem accipit delinquendi. Hoc vero dicitur scandalum passiuum. Hęc scandala in angelis fuerunt, cum cæteris prescriptis vitijis. Quæ studiose euadamus, ne post ipsos cadamus. Teneamus vero concordiam cum sublimibus militibus dei, vt cum ipsis stabiles inueniri mereamur, & æterna felicitate munerari.

**¶** Quomodo amor per maxime angelicis spiritibus nos assimilaret.  
Exhortatio XI.



Runt sicut angeli dei in celo. Matt. 22  
Verbis istis promittitur nobis hominibus in resurrectione non æqualitas naturalis angelorum (quæ fieri sine nostre naturæ corruptione non posset) sed similitudo. Quæ similitudo dabitur pro merito. Necessarium est ergo, quod ante resurrectionem aptemus nos, quatenus excellentiæ tantæ dignitatis (scilicet similitudinis angelicæ) participes esse possimus. Quia vero multa sunt, quæ nos similes angelis efficiunt, vnum tamen pro præsentis sufficit utcumque tractare, in quo per maxime angelicis spiritibus nos assimilare & conformare debemus. Est autem amor. Amor vero in angelicis spiritibus bonis semper fuit purissimus, quia solum deum super omnia purissime dilexerunt, quamuis secundum diuersitatem doni gratiæ & meritorum, diuersi in ipsis amoris gradus extiterunt. Omnes equidem beatissimi angelici spiritus diuino ardent amore: differenter tamen, quia secundum gratiam & meritum vnus erit altero in gloria præstantior. Quæ diuersitas, in maximam cedit dei gloriam, & suæ maiestatis ostensionem. Similis differentia erit in beatis hominibus. Ab ardenti hoc amore possent omnes angeli dici seraphin: quanquam ille sacratissimus ordo hoc sibi nomen retinuit, in quo per excellentiam hic ardentissimus amor reperitur. Hunc amorem filius dei de celo descendens, secum aduexit, & in terram effudit, sicut testatur, dicens: **Lucæ. 12**  
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendantur. Fratres mei, festinemus accendi illo igne ut angelis in terra similes effecti, cum eis in celo bea



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

te viuere valeamus. Hic ignis exurere debet in nobis omnem dissimilitudinem. Cæteris vero dissimilitudinibus omissis, de solis amoris dissimilitudinibus loquamur. Sunt enim in nobis multi amores, qui in spiritibus angelicis non reperiuntur. Primus est amor secularis, diligens hoc seculum. Vt vero fructuosius loquamur, ad nos ipsos sermonem conuertamus. Inueniuntur religiosi, qui quærunt & diligunt res mundi, pecunias prætextu cuiuscunq; necessitatis vel incertitæ, superflua in vestibus, in utensilibus, in ædificijs, in curiositatibus cellarum, & similibus diuersis & multis contra votum paupertatis, quæ omnia deberent ipsis esse crux, & non delectatio, iuxta sententiam Apostoli, dicentis: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Alij appetunt hominibus placere, ab eis laudari ac venerari, ambiunt officia & dignitates. Contra illos dicitur in Psalmo: Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Apostolus dicit: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Insuper circa hæc ita occupantur, & diuinum officium negligunt, missas sacras omittent, chorum frequenter exeuntes, & ab eo se absentantes, contra regulam sancti Benedicti, dicentis: Nichil præponendum diuino officio. Secundus est amor carnalis, quærens carnem ob libidinem. Hic amor sanctum Dauid ad speciem Bethsabæ præuenit incautum, præuentum dissoluit, dissolutum obruit. Hic eius filium Amnon in amplexu sororis incendit, & Salomonem ardentissime affectu, sapientiam quoque eius absorbit. Hic Zodomitas fordissimos sulphure & igne complutos, in barathrum deiecit. Hic (secundum sententiam Pauli) molles, seipsos maculantes, a regno dei alienos effecit. Hic amor turpissimus est, & indignus nomine amoris, sed est potius idolum amoris & infania. Huic iunguntur duæ periculose pedes quæ, scilicet amor sensualis, & amor familiaris, à qui

Galat. 6

Psal. 53

Galat. 7

Benedict.

1. Reg. 11

2. Reg. 13

3. Reg. 11

Genes. 19

1. Cor. 6

bus religiosus quisq; diligentissime abstinere debet. Hi sub specie pietatis, & religiosi profectus, exemplis Christi atq; sanctorum, verbis quoq; scripturarum fucati & fulti, honestate quadam ficta, religiosos incautos accedunt, & se charitatem appellant, & cum tempus opportunum aduenerit, charitatem falsam in veram carnalitem vertunt. Inde sequuntur illiciti carnis motus, & fœda alia, de quibus venerabilis Gerfon plura conscripsit. Amor quippe sensualis semper mollia & suauia suggerit, iucunda, voluptuosa, & delicata libenter amplectitur: socium forma elegantem & pulchrum libenter intuetur, in sermone suauem ac venustiore libenter auscultat, præsentia & suauitate morum eius pascitur. Amor familiaris (hæc est familiaritas) maioritatem nescit, verecundiã abijcit, securitatem pollicetur, amplexus & tactus suadet. Non sunt ergo hæc pedissequæ sine periculo incautis, & adhuc carnalibus. Vnusquisque nouit vnde sollicitetur animus, & frequenter tentetur, inquit Hieronymus. Melius est igitur & securius, quod manus, pes, oculus, hoc est, incauta cû hoibus cõuersatio sensualis & familiaris à nobis proijciantur, quàm periclitemur cum ipsis. Hic enim carnalis amor multos religiosos eiecit à monasterijs in barathrum damnationis. Turpissimum est in cuculla, & sub cilicio quærere carnis delicias. Tanta fœdissima turpitudine ad angelorum consortium nequaquam ascendet. Fortissime monache & miles Christi, custodi vigilantissime omnes sensus tuos à curiositate & vanis delectationibus, & nulli sis familiaris, nisi domino deo tuo, cui te vouisti, & sanctis angelis eius cœli ciuiibus, qui domino deo nunquam peccauerunt, nunquam displicuerunt, sed semper placuerunt. His te conforma. Tertius est amor naturalis, quo quis seipsum, parentes, cognatos & domesticos diligit. De hoc amore dicit beatus GREGORIVS, quod sunt

Hierony.

Gregor.!



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cogitationis & carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est quod sponte impeditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimis & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, quia amorem suum non spiritaliter, sed carnaliter impendunt. Hæc ille. Ecce hic amor quam vicinus est carnali amori, idcirco angelis non est communis. Hic amor (nisi bene & fortissime regatur) retrahit à melioribus bonis, ab ingressu religionis, à diuino cultu, à diuinis mandatis, ad condescendendum vitijs interdum pertrahit, & odium inimicorum. Quartus est amor acquisitus, & hoc dupliciter. Primo, ex præsentia & mutua conuersatione. Secundo, ex præstitis beneficijs, in donis, seruitio, fidelitate, amicitia & similibus. Qui amor, licet sit periculosus, est tamen admittendus, ne homo sit ingratus. Cauendum est autem, sicut in præcedenti amore, ita & in isto, ne non tam homini impartiat, quam vitio. Quid enim magis cauendum est, quam ne delinthus obsequijs, vel muneribus illectus, faueas vitio, vel incuria torpeas? In præfatis amoribus quædam sunt omnia mala, inhonesta & turpia, quædam sunt defectuosa & periculosa, quæ oportet per ignem spiritus sancti exuri & purgari, quia impediunt nos, ne simus sicut angeli dei in celo. Quædam vero sunt admittenda, sed tamen vigilanter regulanda, ne sint aut fiant defectuosa, circa quæ seruetur hæc generalis regula. Omnis amor qui operatur inquietudinem cordis & imaginationes seu phantasmata, præsertim tempore diuinorum & orationum, vel qui anhelare facit ad habendum præsentiam dilecti sui, & ad fabulandum secum & ad videndum eum, hic defectuosus est, & non charitas, sed potius carnalitas. Quintus est amor rationalis, qui ex consideratione alienæ virtutis oritur

utputa, cum ob virtuosam vitam quis diligitur, vel excellentem scientiam. Sic suavissimo affectu afficimur cum recordamur sanctorum martyrum victorias, & omnium sanctorum merita & gloriam. Non minores etiam, vel ex ingenita natura, vel studiosa exercitationis frequentia, oriuntur in nobis affectus amorosi ad summum bonum diligendum, quod est summe appetibile. Hic amor communis est nobis & angelicis spiritibus, sed excellentior in ipsis propter naturam integritatem. Nostra vero natura deficitur est viribus suis, ut non valeat ad amorem naturalem exercendum, sicut angelus. Hic tamen amor non saluavit angelos, nec homines saluasset, etiam si integer mansisset, sed amor qui sequitur. Sextus est amor diuinus, & pro sui preciositate charitas appellatur, & fundatur super communicatione æternæ beatitudinis, quæ communis est deo & angelis & hominibus. Hac diligimus deum & proximum. Hec non est à natura, sed à spiritu sancto. Vnde Apostolus ait: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Per hanc boni spiritus auertunt se à commutabili bono ad bonum incommutabile deum, & meruerunt confirmationem in gratia & gloria. Hanc à deo impetremus, qui dat omnibus petentibus affluenter, & per eam similes erimus angelis dei in cælo. Ipsa quippe sola est inter omnes amores, quæ spiritum humanum à culpa educit, quæ in via conduit, quæ ad dilectum adducit, quæ dilectum dilecto copulat, & summo deo coadunat, & in societate angelorum perpetuat.

Roman. 5

**¶ Angelorum bonorum nobilitas naturalis, eorundem ministeria. Ex hor. XII**

**Q**ui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Psalm. 103. Pro commendatione presentis solennitatis, aliquid



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

de verbis Pſalmi iam commemoratis tractemus. Cōmendantur enim in illis verbis ſancti angeli (quorum memoria venerabilem hodie agimus) de excellentia naturæ ſuæ, quia dicuntur eſſe ſpiritus. Cōmendantur de miniſterio quod deo impendunt & nobis miniſtrando, & ſpiritalis vrens ignis. Quo ad primum ſciendum, q̄ angeli ſancti ſunt nobiliſſimæ naturæ, quia ſunt intellectuales. Inter omnia enim creata ſpiritus præcellit omnia corporalia, quia ſpiritus eſt deo ſimillimus, cum ipſemet deus ſit ſpiritus, ſicut teſtaſ apud Iohannem. Sunt tamen (ſecundum Gregorium quarto Dialogorum) tres ſpiritus: Deus inquit, creauit tres ſpiritus vitales: vnum qui carne tegitur, & cum carne moritur: Alium qui carne tegitur, ſed carne non moritur: Tertium, qui carne non tegitur nec moritur. Primus eſt iumentorum, ſecundus hominum, tertius angelorum. Ex hoc manifeſtatur, q̄ ſpiritus angelicus nedum corporalia, ſed etiam ſpiritus humanum nobilitate præcellit, quia non eſt immerſus luteo vaſi corruptibilis carnis, quod nos portamus. Eſt etiam angelus ſimplicis intellectualis naturæ, non indigens in actu intellectus ſui inſiſtione & compoſitione ſicut homo, qui vtitur ratiocinatione & diſcurſu à cauſa in cauſatum, antequam intel ligat, & etiam phantaſmatibus. Angelus creatus eſt in die lætitiæ, ſcilicet dominica. Homo vero in die triftitiæ, ſcilicet ſexta feria. Angelus nunquam peccauit. De homine autem ſcriptum eſt: Non eſt enim homo qui non peccet, excepta beata virgine dei matre Maria, quæ exaltata eſt ſuper omnes choros angelorum. Item vnus homo, deo ſeruendo vna die plus fatigatur, quàm omnes angeli ab initio mundi: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & cæt. Angelus eodem die quo fuit creatus, imo eodem momento quo deo adheſit, fuit confirmatus in gratia & gloria. Homo vero poſt multas miſerias, & mortem

Iohan. 4.  
Gregor.

Genſi. 1. 2

3. Reg. 8  
2. Paral. 6

Sapient. 9

randem vix saluatur. Angelus est perspicacissimi in-  
 tellectus, ita quod citissime & plus intelligit quam omnes  
 mundi sapientes & doctores. Vnde posset homo in  
 suo actu intellectuali (pro diuersitate hominum) com-  
 parari in velocitate vermiculo reptanti, vel boui in-  
 cedenti, vel ad multum equo currenti. Angelus vero  
 aut volanti. Habet etiam angelus liberum arbitrium  
 perfectius quam homo, quia est in bono eligendo com-  
 firmatus. Homo vero frequenter vertit se ad bonum  
 & ad malum. Item angelus deo suo fidelissime adhae-  
 rit, non consentiendo Lucifero, nec socijs eius. Homo  
 vero consensit diabolo, & mundi atque carnis concu-  
 piscentijs. Fecit ergo deus angelos suos nobilissimos  
 super omnia creata, & super hominem, quia condi-  
 dit eum spiritum purum. De cuius speciositate dicit  
 Anselmus. Si vnus angelus stare in caelo, & ostende  
 ret suam speciositatem, & essent tot soles quot sunt  
 stellae, vnus angeli speciositas extingueret sua clari-  
 tate omnes tot soles, sicut modo solis claritas claritas  
 tem stellarum, Cuius naturae substantiam diffinit Da-  
 masenus, dicens: Angelus est substantia intellectu-  
 alis, semper mobilis, id est, semper actu intelligens & vo-  
 lens arbitrio libera, incorporea, deo ministrans, im-  
 mortalitatem suscipiens secundum gratiam, & non  
 secundum naturam, cuius substantiae speciem & ter-  
 minum solus qui creator est, nouit. Et quia in ange-  
 lis gratia & gloria comitatur naturam, cum natura an-  
 gelica sit nobilissima, ipsa est etiam gratiosissima &  
 gloriosissima. A qua gloria cecidit Lucifer cum socijs  
 suis per vnum peccatum superbiae, nec attendit deus  
 eius pulchritudinem & nobilitatem, &c. sed secundum dictum  
 S. Petri, angelis peccatis non pepercit. O tu frater  
 immane & vilis, superbe & pterue, quod cogitas fiet de te  
 quod es puluis & cinis. Certe nisi in poenitentia humilia-  
 tus fueris, ac pia Christi passio succurrerit, aeterna-  
 liter cum superbis demonibus damnaberis. Secundo

1. Petri. 4

Generi. 3

Anselm.

Damas.

Isaia 14

2. Petri. 2

Generi. 3



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- in verbis thematis commendantur sancti angeli, q̄ ministrāt deo & nobis, vt ignis vrens. Sicut em̄ ignis naturaliter semper calidus est, & cum habuerit materiam aptam, semper vrit, ita sancti angeli semper ferunt in diuino amore, & ardentur diuinam voluntatem & beneplacitum exequūtur, iuxta illud Marthę Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Quę visio est ipsa beatitudo, cui inseparabiliter iungitur fructus amorosa, & tentio, & vnitas vel conformitas volūtatis. Quapropter dicitur in Psalmo de exequutione huius volūtatis, quę est apta materia pro igne angelico: Benedicite dño angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ministri eius q̄ facitis voluntatem eius. Est autem diuinę volūtatis, quod sancti angeli nobis ministrant, q̄ etiam ardentur implēt & potenter, sicut ignis potenter agit in rem combustibilem. Nam angelus tentationem dissoluit, sicut ignis dissoluit lapides & ferrum, quod figuratur in illo quod angelus dixit Petro: Surge velociter & statim contractę sunt catenę eius, & porta ferrea vltro aperta est eis. Ergo charissimi fratres sumamus fiduciam in ijs tentationibus. Faciet enim dñs deus per sanctos angelos suos euentum quod aut liberabimur, aut poterimus sustinere. Ipsi em̄ angeli diligunt nos tanquam cōciues suos, ex quibus ruina maiorum angelorum debet restaurari, & vident nostram naturam a suo rege assumptam. Vident deniq; quod sæpe diabolus in homine rationem seducit, voluntatem allicit, virtutem operatiuam opprimit, de q̄ Hieron. ait: Neq; em̄ tuta esse posset humana infirmitas inter tot & tantas antiqui hostis insidiās, nisi sanctorum angelorum muniretur prædñs. De quo beatus Bernardus etiam cōqueritur, dicens: Vndiq; bella, vndiq; tentamenta, nusq; est securitas, imò vbiq; inimici seueritas, iuxta illud sancti Petri: Aduersarius vester diabolus, circuit tanq̄ leo rugiens, querēs
- Hebræ. 1
- Matth. 18
- Psal. 102
- Actu. 12
1. Cor. 1
- Hieron.
- Bernard.
1. Petri. 5

quem deuoret. Quod videntes angeli pleni charitate & feruore dilectionis libentissime nos adiuuāt, & ex toto corde salutem nostram quærūt, & profectui nostro congaudent, iuxta illud Lucæ: Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Lucæ 15

Econtra licet contristari non possunt, eo quod iam sunt beati, tamen ad ostendendum pium affectum quæ erga nos gerunt, quandoque se contristatos pro peccatis bus ostenderunt. Vnde legitur quod dum quidam nouitius egressus fuisset de ordine, sequebatur eum quidam iuuenis pulcherrimus, qui inquisiuit tristis vnde veniret. Et ille: Quid tibi cura est de mea via? Cui rursus Certe magna cura inest mihi de te, & quasi flens dicebat: Ego enim sum angelus tibi ad custodiam deputatus & nullus custodiæ meæ deputatus perijt, sed tu vis perire redeundo ad seculum. Qui his compunctus ait: Nec ego peribo, sed reuertar. Qui itaque ingressus ordinem, laudabiliter vixit. Nolite ergo fratres charissimi mi perturbari & tentamini, utique pro corona cælesti adipiscenda: cum nemo coronabit, nisi qui legitime certauerit, sed confidite in deo patre vestro, & sanctis angelis, quia non relinquēt vos, nisi (quod absit) vos per malā voluntatem reliqueritis eos. Proprium enim est vobis, & spectat ad statum vestrum, quod iuge bellum geratis contra diabolum, & omnes insidias eius, de quo vobis victoriā concedat Iesus Christus dominus angelorum & hominum, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorum, Amē.

1. Tim. 2

## DE SANCTO IOHANNE Baptista. Titulus secundus.

¶ De sancti Iohannis Baptistæ prædicatione, deque vera humilitate.

Exhortatio I.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,



Ocabis nomen eius Iohannem, Lucæ primo. Magnò credo non carere mysterio fratres charissimi, quoddam ab angelo dei puer nasciturus, quæ tamquam seruus præcurrente dñm, de bebat eius aduentum prædicare, & Ie-

sum saluatorem omnium mundo demonstrare. iubeatur Iohannes appellari. Iohannes enim in hebræo (in quo angelus nuntiavit) Hieronymo sancto interpretante, appellatur dei gratia. Quasi ergo in fronte nuntius gerebat quod nuntiabat, quatenus ex nomine nuntii, omnes scire deberemus nõ ob aliquod nostrum meritum dñm immensæ maiestatis formam serui in incarnatione, assumpsisse, seipsum quoque nostrum saluatorem instituisse, atque per passionem suam cælestis regni introitum nobis aperuisse, nisi ex mera gratia. Quamuis non absurde exponi potest, puerum idcirco Iohannem (.i. in quo est gratia dei) appellari debere, quia cæcumulatus & præ cæteris omnibus excellentius erat recepturus. Quod clarius agnoscere valemus, si ipsi puero collata gratiæ munera saltem succinctim colligamus. Ecce à prophetis est præ nuntiatus, ab euangelistis vero omni eum laude præsequentibus, exhibitus. Ab archangelo quoque nõ quolibet, sed ab eodem à quo & Christus erat nuntiandus est annuntiatus. A parentibus infæcundis ob temporis processum & matris sterilitatē spiritu sancto plenus, & ab originali purgatus est genitus. Is nondum natus, Christum agnouit, & ratiõis vsum accepit. Is mox natus, matris dei manibus exceptus est. Is adhuc puer, in magna victus & amictus austeritate in eremo vitam duxit solitariam. Is à deo doctus & missus, penitentiam & regnum dei docuit, & Christum dominum baptisauit, & digito demonstrauit. Is tandem propter veritatem carcerem subiit, & mortem sustinuit: & quæ iater

Iohannis  
interpretat.  
Hierony.

Isaiæ. 49  
Ierem. 1  
Malach. 4

natos mulier: nemo maior esset, à Christo testimoni  
 um accepit. Ecce q̄ bene Iohannes dicitur, in quo tā  
 ta gratiæ insignia præfulgent, tñ præter ea dona quę  
 intrinsicè latent. Quapropter horum initia intuen  
 tes vicini, & alij audientes, merito dixerunt: Quis pu  
 tas puer iste erit? Et nos fratres de tāta gratia sancto  
 Iohanni data, nec non & toti humano generi con  
 cessa admiremur, & dignas deo laudes referamus. Et  
 sicut veri filij eius, cuius meritis iuamur, cuius exē  
 plis prouocamur, sub cuius ducatu militamus, stude  
 amus in nobis per quandam similitudinem & imitati  
 onem exprimere, qd̄ in patre nostro præcessit. Ecce  
 ego (licet immeritus) angelico sanctus officio fratres  
 charissimi, veram pœnitentiam deo acceptam, nec  
 non & regnum cœlorum, & Iesum saluatorem vos  
 bis expectantibus denuntio, hæc diuinæ gratiæ non  
 vestris meritis ascribenda: & ideo non immerito  
 horum nuntio nomen gratiæ est imponendum. Est  
 vero (si queratur) horum nuntius virtus animi non  
 informis, sed charitate viuificata per spiritum san  
 ctum qui datus est vobis. Ipse enim spiritus testi  
 monium perhibet spiritui vestro, quod vere filij dei  
 estis. Si vero filij, ergo per pœnitentiam reconcilia  
 ti estis, & hæredes regni facti, cohæredes autem Chri  
 sti saluatoris vestri. Impossibile enim est vobis, vt  
 veram pœnitentiam, & regnum cœlorum, & Iesum  
 saluatorem habeatis, nisi præcurrat virtus animi,  
 cui inquirendæ, vel iam habitæ exercendæ quotidie  
 in hac virtutum schola insistitis. Sed vnde vobis ta  
 lis proles, vobis sterilibus & infecundis, quibus  
 iam tempus innocentæ ablatum est, nec vis vlla fa  
 ciendi bonum dimissa est? Non est, inquit, qui faciat  
 bonum, non est vsque ad vnum. Certe non aliunde,  
 nisi ex gratia dei virtutem præstante & viuifican  
 te, vt sit meritoria. Et si spes diffiniatur, quod  
 sit certa expectatio futuræ beatitudinis, ex meo

Roman. 8

Psalm. 19

Spei diffi  
sio.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ritus & gratia dei proueniens, tamen separando id quod in meritis ex parte vestri est a gratia, in comparatione aeternae beatitudinis, nihil est. Totum ergo gratiae ascribendum est quod saluamini. Non tamen intendo proprium vestrum meritum excludere, quod saperet haeresim: sed innuere, si id quod ex parte vestri est mereri poterit, hoc ex gratia esse, sicut quod parentes Iohannis steriles prolem gignerent, materiam ministrantes, nihil profuisset, si dona gratiae dei non impleissent. Ergo virtus animi meritoria nuntiatis, & ipse praestans quod poenitentia vestra sit deo accepta, quod regnum dei appropinquat, quod saluator vester Iesus aduenit quasi in fronte portat, quod haec omnia ex sola gratia dei proueniunt. Vocate ergo fratres charissimi Iohannem, id est, gratiam, quae quid in virtute animi inuenire poteritis, quia ex gratia totum dabitur vobis quod ex illa scilicet virtute animi speratis. Necessaria valde & salubris haec monitio omni homini spirituali, & omni custodia seruanda, continue quoque ruminanda, quia proficietibus & spiritualibus familiaris est elatio: & quanto quis magis profecerit, tanto acrius insit ut radices suas plantet, quantoque magis succiditur, tanto amplius dilatur, ut haereat. Potest etiam virtus animi vestri fratres charissimi vocari Iohannes, in qua scilicet est gratia dei per singularem eminentiam. Ecce vos aliquid quando non populus dei, nunc autem estis filii dei uiuentis, & potest vobis dici illud: Latere sterilis, quae non parturiebas. Nunc autem vobis sunt plures filii, & cetera. Et quia omnes iustitiae hominis sunt quasi pannus menstruatae, mundatur virtus animi vestri per ignem sancti spiritus habitantis in vobis, sicut quoti die experimini. Insuper euntes de virtute in virtute videtis deum deorum Christum dominum adhuc in velamentis sacramentalibus clausum, & exultantes salutatis eundem. Demum penes a pueritia, imo ab adole-

Matth. 3

Lucæ. 3

Osee. 2

Roman. 9

Isaie 54

Galatas. 4

Isaie 64

Psalm. 83

scentia iugum domini in deserto & eremo ista in au-  
 steritate amicti cilicini, & victus abinentiarum por-  
 tatis, secundum scripturam & antiquam grammatis-  
 cam, omnes facti docibiles dei, missi à deo, vt (opere  
 præcipue) prædicetis pœnitentiam, & regnum dei, &  
 Iesum saluatorem. Ipsum quoq; dominum Iesum ba-  
 ptisatis, cum pie pro expiatione peccatorum ploratis  
 aut deuotionis lachrymas emittitis. Vltimo huius  
 claustris carcerem non inde exituri vsq; in finem vi-  
 tæ propter Christum (qui veritas est) subistis, & mor-  
 tificatiõem carnis & spiritus propter ipsius amorem  
 sustinentes à domino (si tamen estis quod esse debe-  
 tis) singulari laude vltra omnes commendari merui-  
 stis, qua ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum  
 videbunt. Hæc vicini, id est, religiosi, & alij, id est, se-  
 cularis, videntes & audientes super omnia montana  
 Iudeæ, id est, excelsa ecclesię diuulgant, mirantes, q̄  
 puer iste erit? Notissimum est enim, quod rota eccle-  
 sia miratur vitam Carthusianam, & animi virtutem  
 super virtutes cæterorum. Hæc charissimi fratres, q̄  
 in beatissimo patrono nostro acta sunt, studui per si-  
 militudinem succinctim in vos reflectere, vt ad ea ve-  
 raciter possidenda, mentes vestræ in imitationẽ vir-  
 tutum tanti spiritualis ducis excitentur, & præcipue  
 virtutis humilitatis, quæ in eo singulariter refulsit.  
 Nemo ergo suis meritis aut virtutibus, sed diuinæ  
 gratiæ ascribat quod accepit. Rursum, nemo de eo  
 quod se à deo recepisse cognoscit, gloriatur quasi nõ  
 accepit. Quod fit, quando ita in deo de acceptis bo-  
 nis aliquis gloriatur, quod tamen alij in comparatio-  
 ne sui sibi vilescunt. Cum tamen dona dei habentem  
 deberent non gloriosum reddere, sed humilem, & in  
 oculis proprijs vilem, ingratum & indignum: & ali-  
 os quosque se meliores reputare. Nemo ergo sibi ma-  
 gnus vel aliquid esse videatur, sed semper sibi ipsi vi-  
 tescat. Vnusquisq; attendat cogitationes suas, q̄ sug-

Iohann. 6

Matth. 3

Iohan. 14

Matthæ. 3

1. Cor. 4



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gerunt, quod posset esse utilis in regendo, in docendo in prædicando, in exhortando, in increpando, etiam maiores & rectores ecclesiæ dei, in zelando iustitiam etiam pro tota ecclesiâ, in operatione intraculorum, sanando infirmos, suscitando mortuos, occulta cordium reuelando, aut futura prædicando. Hæ sunt inter cætera, tentationes & morosæ cogitationes solitariorum deuotorum, vbi infernalis lateret anguis in herba. Norunt tales quod dixi. Semper ergo respectus

Math. 11  
Iohann. 1

Christus pararetur, & magnus seipsum vsque ad calceos humiliavit, non ipse, sed Christus eum magnificauit. Nunquam in tota vita sua signum vel miraculum (testante sancto euangelio) fecit. Militantes sui ducis insignia præferunt. Decet vt nostri ducis insignie humilitatis miraculû sine miraculo fratres charissimi feramus. Hæc est vera disciplina Christiana, & non solummodo Carthusiana, quam sanctus Iohannes à Christo rege didicit, & opere & verbo vocalamantis in deserto prædicauit & docuit: De qua sanctus Leo Papa ait: Tota Christiana sapientia disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria humilitate consistit, quam dominus noster Iesus Christus ab utero matris vsque ad crucis supplicium pro omni fortitudine & elegit & docuit.

Leo Papa.  
Humilitas  
in quo consistat.

¶ Dilectissimi fratres discite esse humiles. Magnus est magister in artibus, imò magnus doctor, qui seipsum agnoscit in oculis domini. Nec hoc sufficit, sed oportet quod affectum suum secundum illam cognitionem superius formet coram deo. Ad deum spectat dare charitatem, & cætera dona. Ad nos spectat nos veraciter cognitione & affectu humiliare & despicere, nobis ipsi vilescere, ex auxilio tamen & dono dei, quia sine ipso nihil possumus.

**Q**uomodo Iohannem debeamus imitari, & in quibus monachi martyribus comparandi sint. Exhor. II.

**I**PSE præcedet ante illum in spiritu & virtute Elias parare domino plebē perfectā. Luc. x. Naptiuitatē beatissimi Iohannis Baptistæ sancta mater ecclesiæ idcirco cum gaudio & solennitate celebrat, quia adhuc in vtero matris existens, & exinde vsq; ad finem vitæ suæ, ipsi (scilicet ecclesiæ dei) illud gaudiū & illam incunditatem nuntiauit, de qua propheta ait Isaias dicens: Ierusalem surge, & sita in excelsis, & vide iucunditatem quæ veniet tibi à deo tuo. Cognouit enim clausus in vtero deum pro salute ecclesiæ incarnatum, nuntiauit natum, ostendit baptizatum, poenitentiam prædicauit, regnum cælorum annuntiavit. Præcessit ergo dominum Iesum, non vt dominus, sed vt famulus & præcursor, ac paranympus, vt ecclesiā incitaret & ornaret ad occursum sponsum sui & saluatoris: quod erat reuera ecclesiæ in maximum gaudiū. Hoc est quod ergo angelus patri Iohannis prædixit: Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ parare dño plebem perfectam. Sed quia diuinæ prædestinationi placuit, quod idē Iohānes dux & signifer esset sacri nostri ordinis Carth. congruum & aptū duxi pro spirituali cōmonitione in tāta nostri patris solennitate vestræ fraternitati impendenda præfata verba transumptiue accipere, tanq̄ prælatis & vniuersali ecclesiæ quasi præfati nostri ordini parentibus diceretur: Ipse scilicet Iohannes præcedet ante illū, videlicet ordinem Carthu. vel quēlibet alumnū eius in spiritu & in virtute Eliæ. Elias interpretatur deus dñs vel fortis dñs. Vel secundum euangelium Matthæi, Eli interpretatur deus meus, quasi innueret per verba hæc: Iohēs præcedet Carthu, in spiritu & virtuosa

Lucæ x  
Lucæ 3  
Iohann. x  
Matth. 3  
Lucæ 3

Eliæ interpretatur,



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Bernard.

vita, quæ à domino deo meo forti est, parare domi-  
no plebem perfectam, quia Carthusienses sequentes  
ducem atq; signiferum Iohannem, omnis sanctitatis  
perfectionem, & omnis consummationis finem ad-  
epti sunt, vt testatur sanctus Bernardus. A qua perfe-  
ctione cū adhuc nos longe distare videmus & cogno-  
scimus, debemus charissimi fratres ducem nostrum  
attendere, quo graditur cōsiderare, & toto posse imi-  
tari. Et licet multa sint quæ nobis in beatissimo Iohā-  
ne imitanda proponuntur, volo tamen solummodo  
quinq; tangendo perstringere.

Primum, est gaudium in eius natiuitate. Hoc in  
toto ordine & in singulis personis eius iam in parte  
actum est, & impletur vsq; in finem. Magnum gaudiū  
prælati ecclesiæ & vniuersali ecclesiæ, tanquam pa-  
rentibus, & religiosis, quasi vicinis & cognatis factū  
est, quando ordo Carthusiensis in mundo ortus est.  
Et simili modo de singulis personis actum est & agi-  
tur, quando in inuestitura ac professione in ordine  
nascuntur. Hęc partim experientia didicimus, &  
in priuilegijs summorum Pontificum, nec non & in  
scriptis sancti Bernardi, multorumq; doctorum aper-  
tissime legimus. Oremus charissimi, vt hoc gaudium  
ordinis nostri ex obseruantia regularis disciplinæ in  
ecclesia dei semper p̄seueret. Et vos fratres vna me-  
cum commoneo, studeamus inuicem tali amabili,  
virtuosa conuersatione & affabilitate morem gerere  
vt semp̄ mutua charitate & pace gaudere mereamur.  
Æquitas hoc habet, quod in conuersatione sua nemo  
debet aliq̄ esse onerosus, vel causa tristitię, sed potius  
delectabilis & gaudiosus, & causa lætitię. Spectat  
enim hæc virtus ad iustitiam, sicut annexa, & persi-  
cit nos sicut cæteræ virtutes. Nihil commune habet  
hæc virtus cum dissolutionibus in verbis, in mori-  
bus, in factis, vel histrialibus, vel carnalibus delecta-  
tionibus, Natura æqualibus gaudet, & om̄e simile di-

Ecclesi. 13

ligit suum simile. Carnales in carnalibus delectantur & leues & dissoluti in dissolutionibus & leuitatibus. Sed religiosus frater ex conuersatione carnali vel dissoluta confratris sui tristatur. Gaudet autem de spiritali conuersatione fratris sui. Hoc plures nolūt attendere, & contristant confratres suos. Habemus exemplum in Homilia sancti Gregorij, quod vita carnalis & leuis vnus fuit omnibus fratribus valde one rosa. Similiter vita Gordianæ suis sororibus.

Greg.

¶ Secundum quod imitari debemus in beatissimo Iohanne, est eius pœnitentia, quam a pueritia inchoauit, in solitudine, in silentio & austeritate victus & amictus, prout euangelium aperte testatur in spiritu ali contemplatiua vita, &cæt. Quapropter dicere poterat Iohannes illud psalm. In terra deserta & inuia & in inaquoso, sic in sancto apparui tibi, vt viderẽ virtutem tuam & gloriam tuam. Itaq; fratres euigilent ad clamorem ducis nostri in deserto mentes nostras, & toto corde pœnitentiam nos peccatores amplexemur, cum innocentissimum videamus puerum suam carnem austerissime macerasse. Et si in tanta austeritate sicut fecit Iohannes, aut sicut patres nostri primi sanxerunt, nos affligere nequeamus, saltem cõmuni ordinis consuetudine, & præcipue domus propria administratione sine murmure contentemur, curam carnis faciendo sine desiderijs. Sub prætextu necessitatis sæpe desideria grassantur. Natura enim paucissimis est contenta. Sed species necessitatis praua desideria occultat. Tamen (vt verbis sancti Hieronymi vtar) nouit vnusquisq; credentium in quo sollicitetur animus, ac sæpe tentetur. Ideo potest vnusquisq; aduertere desideria mala, vtputa, si importune se ingerant diuersis temporibus, & præsertim tẽpore diuinorum, & cum quodam impetu insumedi. Hæc desideria castigare deberet effusum & resignatum cor, intuitu diuinæ præsentie. Tamen sicut se ab

Matt. 3. 12  
 Marc. 1  
 Lucæ 3  
 Iohann. 1  
 Psalm. 62

Roma. 13

Boetius.  
 Hierony.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

stinendo beatissimus Iohannes castigauit, & tamen se non dementauit, aut occidit: sic quisq; fidelis eius imitator abstinere debet, vt tamen se (qui nihil sui iuris habet) non reddat communitati inutilem, aut grauem. In obseruantijs solitudinis & silentij, exemplo Ioh. ducis nostri, plus solito fratres sollicitiores sumus in exercitijs spūalibus & contēplatione ardentiores.

¶ Tertium quod imitari debemus in beatissimo Iohanne, est eius prædicatio, & Christi baptizatio. Parum prædicamus, tamen pro modulo nostro, ex exemplo bono, & interdum verbis alios commoneamus, quia prædicantibus debetur aureola, & satagamus vt venientem Iesum vel in nobis, vel in alijs lachrymis pœnitentiæ, vel deuotionis, vel certe desiderij cœlestis baptisemus.

¶ Quartum qđ in beatissimo Iohāne imitari debemus, est eius martyrium. Et quis in hoc vsq; ad sanguinis effusionem, & reale martyrium modernis temporibus imitari beatissimum Iohannem nō meremur tñ secundum sententiam beati Gregorij in Hom. vt nostis fratres charissimi, veraciter martyres esse possumus, si patientiam in corde custodimus, si cōtumealias æquanimiter toleramus, si odientem diligimus. Et beatus Hieron. in vita sanctæ Paulæ ad Euiochium dicit: Non solū effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ quotq; mentis immaculata seruitus quotidianum martyrium est. Hinc dicit beatā Paulam longo martyrio coronatam. Et nuper in aliqua scriptura exaratum reperi cuidam Bernardo puta Carthusiano, intitulatū qđ sequit. Qui em̄ monachi nuncupamur, inter martyres cōputamur, si qđ ore vouimus, & corde & opere exequamur. Martyres nempe quis grauiamē breuiā perpassi sunt supplicia. Nos vero diuturna patimur grauamina. Claustralis em̄ inclusio, regularis obseruantie discretio, vestium abiectio, desiderarij somni frequens interitus

Gregor.

Hieron.

ptio, longa choralis statio, prælatorum inuestio, iuge silentium, alienum impertium, crudum ciliicum, solitudinis tedium, vile edulium, exile potagium, inefabile aduersus falsos fratres & fictos religiosos bellum, crebra ieiunia, assidua flagella, iuges vigiliæ, quotidianarum horarum excubiæ, insuper confessionis confusio, pœnitentiæ amaritudo, publica coram fratribus obiurgatio, & corporis castigatio, orationum instantia, & lectioum vigilantia, propriæ voluntatis resignatio, omnium bonorum renuntiatio, & omnis carnalis voluptatis abdicatio. Hæc omnia sunt magna carnis & animæ cruciamina: & ideo quârum ab auro differt argenti precium, tantum differt ab alijs iustis nostræ remuneratiõis præmium: Quia alij iusti secundum voluntatē suam deo seruiērūt, & quodlibet omiserunt, nos vero iugo obedientiæ subditi, ac regularium præceptorūq; loris restricti, non nos sed alium imperantem sequimur, vt iumentum sequitur minantem. Christi namq; animalia sumus, & ideo pascua in dulcedine sua præparauit nobis deus. In castris *Psal. 87* summi regis quasi in præinctu excubamus, nocte ac die in acie contra hostes carnem, mundum, diabolū, pugnando laboramus. Et ideo dilectissimi habitū nostrę secundū formam dñicæ crucis attendamus, mundum nobis, nosq; mundo crucifixos sciamus, vexillū crucis per patientiā baiulantes. In viā pacis & charitatis properemus. cōtra phalangas vitioꝝ armis virtutū dimicemus, quatenus victores ad regē glorię læti pueniamus, & in cœlesti curia cū angelõꝝ frequentia triūphantes, penniter cū Christo laureati gaudeamus. ¶ Quintum & vltimum, quod in beatissimo Iohanne imitari debemus, est quod meruit per sanctam & innocentem vitam commendari à Christo, qui de eo ait: Inter natos mulierum non surrexit maior *Matth. 21* Iohāne Baptista. Sic ergo fratres viuam, diuinā gratiæ & miæ inmitētes, nō proprijs viribus aut meritis, vt



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

2. Cor. 10<sup>o</sup> mereamur à domino commendari. Ille enim probatus est, quem deus commendat.

¶ Gaudiorum ratio multiplex, atque nonnulla de purgatorio.  
Exhortatio III.



Rit tibi gaudium & exultatio. Lucæ 1. Nostis fratres ex lectione euāgelica hæc verba prolata esse ab angelo ad Zachariam patrem beatissimi Iohannis Baptistæ, in signum veritatis, quod ipsi iam senis, ex conjugio sterili filius nasceretur.

Exod. 3

Sicut etiam Mosi dictum fuit, & datum signū de educatione filiorum Israel: Cum eduxeris populum meū de Aegypto, immolabis deo super montē isū. Istud gaudium, & hanc exultationem habuit Zacharias in natiuitate beati Iohannis baptistæ, gaudium videlicet in mente interius, exultationem exterius. Dicis enim exultatio, quasi extra saltatio. Et hoc est proprie, quando gaudium est tantum interius, quod nō potest bene contineri quin appar. at exterius. Istud gaudium fuit naturale, iuxta illud euangelij: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cū autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Si gaudium est mulieri pressuram patienti, quanto magis viro sine pressura existenti? Omnia animalia gaudium gestiunt in procreatione factuum suorum.

Exultatio quid.

Iohan. 16

Ergo multo magis homines gaudere debent & gratias agere. Vnde inquit Ambrosius: Monentur parentes non minus gratias agere pro ortu sanctorum filiorum, quā pro meritis. Non paruum dei munus est, dare liberos propagatores generis, successio nis hæredes. Iacob in generatione duodecim filios

Ambrosi.

gaudet. Abrahæ filius datur. Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus est fecunditas parentis. Agat igitur parentes gratias, quia genuerunt, filij, quia generati, matres, quia honorantur præmijs coniugij. Nos igitur charissimi fratres exemplo vicinorum & cognatorum congaudeamus Zachariæ & Elisæbeth sicut facit vniuersalis ecclesia. Agamus etiam gratias deo, quod talis in humana natura filius editus sit, sanctior vniuersis. Nihilominus secundum monita sancti Ambrosij gratias agamus semper, præcipue in die natiuitatis nostræ, gaudeamus & exultemus, quia generati sumus: generati in humana natura, & regenerati in filios dei, & legamus illam missam sanctissimæ trinitatis, in qua dicitur: Quia fecit nobiscum misericordiam suam. Erit tibi gaudium & exultatio, non solum secundum naturam Zachariæ gauisus est & exultauit, sed quàmmaxime secundum spiritum. Videbat namque tunc illud gaudium quod imminebat vniuersæ terræ. De quo gaudio sub nomine iucunditatis dicit Isaias: Ierusalem surge, & sta in excelso, & vide iucunditatem quæ veniet tibi à deo tuo. Gaudium istud consistit in contemplatione dominicæ in carnationis, humanæ reconciliationis, prophetiarum impletionis, de potestate inimicorum liberationis, diuinæ in misericordiam atque promissi exhibitiois, nostræ in noua via sanctificationis. Vnde Zacharias iam tantorum bonorum gaudio impletus, in exultatione magnam prorupit dicens: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Nec solum communi omnium fidelium gaudio exultauit, verum pro speciali præstita gaudioque materia iubilauit in domino, filio suo dicens: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præabis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Vidit prophetas Isaiæ & Malachiæ iamiamque implens

Ambrosi.

Iudith. 13

Lucæ 1

Lucæ. 1

Ibidem.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Isaia. 40  
Malach. 3

Ierem. 31  
2. Cor. 2

Galat. 3

Lucæ 37

Galat. 5

das: Ego vox clamantis in deserto, parate viam dño. Et illud: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem tuam. Ante cuius faciem? Vtq; illius quem iam in vtero virginis contemplabatur. Ante faciem sponsi ecclesiæ Christi dñi, vt sponam quasi paranympus duceret obuiã Iohannes. O quale gaudium erat huic seni super omnibus bonis sibi atq; ecclesiæ præstitis. Et nos fratres gaudeamus & exulemus super frumento, vino & oleo, & omnibus bonis præfatis nobis præstitis. Sed quis tam idoneus, vt hæc corde præcipiat? Vtq; nõ nisi mūdicos: quibus (vt conuertantur) interdum immundis cordibus aliis quid spiritalis dulcedinis detur. Vt ergo capaces simus tanti gaudij, puritati cordis perseueranter studeamus, non reuertentes ad gaudia secularia, quæ consistunt in diuitijs, in possessiõe agrorum, domorum, climodiõq; in delictijs & voluptatibus, in vanitatibus & honoribus, quæ omnia statim peribunt. Nec sint inter vos inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, & similia, quoniam qui talia agunt, regnũ dei quod intra nos est, id est, gaudium spirituale, non consequentur. Omnino fratres caueamus ab ijs, quia si inuicem momorderimus atq; comederimus, vtq; iuxta apostoli sententiam, ab inuicem consumemur. In spiritualibus vitijs cauissime cauendum est, quia communiter apud religiosos & honestos, atque deuotos vitia sub virtutum pallio se abscondunt. Exempli gratia: Ira, odium, inuidentia sub specie zeli, & malus zelus sub specie boni zeli: superbia, aut ambitio sub specie vtilitatis aliorum & cõmunitatis. Cauete fratres ab ijs diaboli laqueis. Secquamur duce nos: Iohannẽ Baptistam, qui plene se à seculo, & ab occupatiõne rege pereuntiu abstiraxit, sobrius in vitsu, asp̃ in amictu, durus sibi atq; seuerus, alijs pfusus in charitate instruẽdo, arguẽdo, docẽdo baptizãdo, in bono sine quærela vsq; ad martyriũ per-

durando. Erit tibi gaudium & exultatio. Non solum propter prædicta gaudium est Zacharias & exultauit sed propter cælestia gaudia, & pacem æternam, Vnde consequenter in suo Cantico dicit: Per viscera misericordiae dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare ijs qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Et ego singulis vobis dico: Frater erit tibi gaudium & exultatio. Dicis forte. Quis Respondeo: Quando nascetur tibi filius, cuius nomen est Iohannes. i. gratia dei, q̄ filius in hac vita ex dono dei in nobis sterilibus & infecūdis concipiet, & in abdito latet: donec in die gloriae generet, & gratia vertat in gloriam, tūc erit tibi gaudium & exultatio. Sed vide ne vel tardes, vel perdas gaudium tuū. Ego in infirmitate mea multa fiducia apud deū confisus sum. Et propter præsentiam vehiculi ad mortem (qd̄ est egritudo) multo amplius sensi me mortalem, q̄ quotidie in absentia eius. Vidi breues annos, & esse breue tempus residuae vitæ. Le gens post hoc in nauī sanctum Bonauēturam in mea præfata fiducia, & gaudio debilitatus sum. Dicit enim idem in suo Breuiloquio: Qui in hac vita non impleuerunt penitentiam & satisfactionem condignam, affligentur igne purgatorij minus grauit̄ q̄ in inferno, & magis grauit̄ quam in mundo. Et ponit rationem. Quia cū primū principium eo ipso q̄ primum, sit optimum & perfectissimū, & eo ipso q̄ optimum, sit summe amatiuum boni, & summe detestari uū mali, sicut summa bonitas non patit̄ q̄ bonum remaneat irremuneratū: sic etiā non debet pati q̄ malū remaneat impunitum. Transfixit cor meum uerbum hoc, & certissime agnosco, sicut bonitas diuina est causa æternæ beatitudinis: sic est etiā causa æternæ damnationis & purgatorij, quia nihil relinquet impunitum. Ego uero sentio in me passiones uigere, quotidianos defectus atque peccata quotidie res

Lucæ 1:

Bonauca-



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nouari, de remissione præteritorum incertus sum, Cum his vadam (nisi diuina pietas emendationem & purgationem dederit) ad tormenta maxima post breue tempus. Ecce quare defecit gaudium meum. Et vos fratres attendite singuli, quales estis, & facta etiam magna diligentia, non poteritis tamen intelligere pericula & peccata vestra. Cōfugiamus ad auxilium sanctissimi Iohannis, vt eius meritis adiuuemur. Studeamus mundana gaudia funditus relinquere, sola cœlestia appetere, soli deo vacare, inuicē diligere, offensas dimittere, pacifice conuiuere, ea quæ ordinis sunt rigorose seruare, & cætera similia, vt in fine vitæ, in exitu spiritus nostri, quando gratia conuerteretur in gloriam, fiat nobis illud immediate quod dictum est Zachariæ: Erit tibi gaudium & exultatio.

**¶** Cuiusmodi vox fuerit Iohannes, monachorum omnium princeps.  
Exhortatio III.



**V**OX turturis audita est in terra nostra. Canticorum secundo. Turtur ecclesiæ Iohannes, in principio auroræ diei gratiæ, cū sol iustitiæ Christus deus noster adhuc latens sub terra carnis virginis matris suæ, primos radios emitteret, vocem suam dedit. Vocem, inquam, exultationis & lætitiæ in tabernaculo matris suæ. Hæc enim est eius vox prima. Vocem dedit, non oris, sed signi: quo signo mentis conceptum indicauit, sicut etiam angeli loquuntur sine ore. De hoc ait Augustinus: Iohannes ante fuit suæ matris magister, quàm eius filius: & prius ipsam docuit, quàm ipsa eum lactauit. Dedit ergo vocem, vocem inquam, gaudij & exultationis. Testatur hoc

Psal. 28

Augustin.

Lucæ 1

mater eius, quæ hanc vocem audiuit, dicens: Exultavit in gaudio infans in utero meo. Sed per cunctari libet, quæ nam causa sit tanti gaudij, pariter & exultationis, quorum primum nobilissimum est, quia in tus in spiritu. Secundum prioris est signum, & in exterioribus exhibetur. Dico vobis fratres, quod mole peccatorum pressi, carne passibili atque mortali prægrauati, & innumerabilibus phantasijs impleti, & tenebris involutum habentes cor, imbecilles facti sumus, & inepti atque indigni agnoscere atque gustare mysterium hoc grande, & optimū valde. Væ nobis, transit omne tempus gaudendi, priuamur gaudijs & læti sumus. Veris gaudijs priuamur, & lætamur in falsis. Quid tamen est illud vnde tantum gaudium exurgit? Respondedo ego: Non potest describi, non potest dici. Potest quidem mente sentiri, sed non comprehendī. Tactus autem eius posset esse tanti vigoris, quod vitam hanc abruptere præ magnitudine amoris & gaudij, & in æternitatem (sicut quibusdam euenit) collocaret. Dicit de eo gloriosus Hieronymus: Natura non habuit, usus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cælum, stupet terra, creatura omnis etiam cælestis miratur. Est autem sacramentum dominicæ incarnationis pro salute humani generis celebratæ. Iohannes tactum eius sensit, sed scrutari timuit quod capere non potuit, dicens: Non sum dignus ut solua eius corrigiam calciamenti. Videte fratres interioribus oculis, quale gaudium celebratū est in domo Zachariæ, ab ingressu matris dei in eam. Utinam possemus intelligere & sapere, & congaudere. Videte Iesum, id est, deum incarnatum præ magnitudine amoris eius ad nos, ut scilicet nos liberet à peccatis, & ab inferno, & à præsentī miseria, & inferat cælis ad sua perpetua gaudia. Videte hunc Iesum in utero matris suæ. Videte matrem eius, propter sacramentum hoc, magnificare dominū & exultare in deo. O quid sensit

Lucæ 1.

Gregor:

Hierony.

Iohann. x

Lucæ. i



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

illa tunc? Videte Iohannem infantem exultare præ gaudio sacramenti huius in vtero matris suæ. Videte ex insperato statim illam vetulam, sed iuuenem matrem præ ebrietate spiritus subito in voces magnas, præter morem modestiæ exilentem, non valentem celare ignem amoris, & tantam gaudij magnitudinē. Videte senem vetulum ad tactum sacramenti huius (dimissa taciturnitate sua) prorumpentem in laudem dei præ iubilo, atq; dicentē: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis sue. Videte qualiter angeli ipsorum congaudent, imo verius dixerim totam cœlestem curiam congaudentem & tripudiantem corā: ege suo, qui consolationis gratia declinauit in itinere constitutus, ad domum amicorum suorum. Videte gaudium familiæ domus, amicorum quoq; ac vicinorum, qui nō ad tactum, sed ad odorem tantum sacramenti huius letabatur, & ignorabant quid agebatur. Si vidistis fratres, gaudia vidistis. Gaudent homines cum mane in aurora audiunt aues concinentes, & diem nuntiantes. Nunquid lapidei sumus nos aut ferrei, vt ad vocem huius turturis, & concentum auium cœlestium prædicatorum non moueamur ad verum gaudium? Auferat dominus cor lapideum, & det nobis cor carneum, vt spiritus sentire valeat. Obduratio enim impedit sensum.

Ezech. 36

Cantic. 2

Matth. 3

Proue. 14

Chrysoft.

Vox turturis audita est in terra nostra: pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hęc est eius vox secunda. Extrema gaudij carnalis & mundialis luctus occupat. Extrema vero gaudij spiritalis (quod sine termino manebit in cœlis) luctus pœccedit. Vere Iohannes est turtur ecclesię, qui gemitū cętat .i. pœnitentiam prædicat, exemplo, id est, conuersatione, & verbo, vt efficacius doceat. De conuersatione Iohannis dicit Chrysostronus: Conuersatio Iohannis omnium hominum vitam culpabilem fecit ap

parere, quemadmodum dum videris candidam vestem  
 dicis, satis pulchra est, quam si super niuem locaueris  
 sordida esse incipiet, quæ prius fuit decora. Sic est  
 conversatio aliorum sanctorum respectu Iohannis.  
 Item idem de eodem in quodam sermone: Iohannes  
 est princeps monachorum, in eremo viuit, in eremo  
 nutritur, in eremo expectat Christum. Cuius vita au-  
 stera, vestis hirsuta, cibus locustæ vel herba, potus aqua,  
 lectus terra, inquilinus bestia. Ipse exul mundi,  
 hæres paradisi, Ecce fratres princeps noster innocens  
 in vtero consecratus, & (vt ita loquar) sine peccato,  
 opera penitentis in eremo impleuit, mundum fugit  
 manus quibus Christum tangeret, mundas seruauit,  
 oculos quibus spiritum sanctum in columbæ specie  
 videret, à vana inspectione custodiuit, aures quibus  
 patris vocem audiret à prurigine defendit, & ne leui-  
 quidem fame vitam macularet, hominum societatem  
 fugit, desertum quinquennis (vt aiunt) intrauit, &  
 fere vsq; ad viginti sex annos in arctissima peniten-  
 tia perdurauit. Itaq; Iohannes nedum voce, sed &  
 vita turtur erat. Hic princeps est noster. Audiamus  
 vocem eius primam, vt gaudeamus super mysterio res-  
 deptionis nostræ. Audiamus vocem eius secundam & p-  
 feramus dignos fructus penitentis, vt fructum my-  
 sterij, hoc est, ipsam æternam beatitudinem consequi  
 mereamur.

Idem,

Lucæ 3

**I**n beati Iohannis Baptistæ natiuitate,  
 merito esse gaudendum, & cuiusmodi con-  
 ditiones puerorum debeamus imitari.

### Exhortatio V.

**P**er autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat  
 in desertis vsq; in die ostensionis suæ ad Israel.  
 Luc. 1. Hic Iohannis Baptistæ dies natalis magna



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gaudij est, nedum propter cognatos & vicinos, quā sanctæ & sterili mulieri naturali affectu, vel ex charitate congratulabantur super insperata fecunditate vel propter magna miracula quæ in parētibus & parvulo nato dominus ostendit: sed etiam atq; præcipue propter diem gratiæ, qui in ortu præcursoris cœpit apparere. Merito in natiuitate eius gaudent fideles, in qua Iustus veteranus in gaudium, lamentum in exultationem noscitur fore versum. Merito gaudent fideles, quoniam hodie singularis ille lucifer solis iustitiæ. Christi dei nostri præcursor, vox verbi, lucerna veræ lucis, mundo ignorantæ ac peccatorum caligine occupato, diem redemptionis & gratiæ, sicut post prædicationem, ita nunc natiuitate mirabili nuntiavit. Hunc sancti patres propositi nostri institutores, & sibi & nobis in patronum & ducem elegerunt quatenus ipsius patrocinijs adiuti, & exemplis eruditi facilius optatum propositi nostri finem consequeremur. Erant quippe (quam iam sexies inspexi) in arctissima & asperrima cremo diuersis ac varijs incōmodis & tentationibus exercitandi, Idcirco necessaria eis erant præsidium atq; exemplum. Et nos charissimi fratres eadem cogitatione armemur, beatissimi Iohannis suffragium ambiamus, exemplum imitemur. Filij enim sanctorum patrum sumus, & in eadem professione nostram fecimus. Ab eremo Carthusiæ & sanctitate eius, Carthusienses dicimur. Nomen sine re, non dabit nobis præmium, sed magnū tormentum. Attēdamus ducem nostrum Iohannem In gaudio nuntiavit Christum dominum, gaudium vniuersæ terræ. Hoc gaudiū semper nobis sit, Christus dominus ipse sit gaudium nostrum, pax nostra, iubilus noster, desiderium nostrum, amor noster, finis noster. O fratres magna res est. O vere magna, magna, magna, Christus vnct⁹ domini, dñs Christus Iesus. In natiuitate Iohannis congratulabantur vici

1. Petri. 4

Tob. 2

ni. Et nos de bonis proximorum iucundemur: Quia  
 (iuxta apostolicam monitionem) gaudere debemus Roma. 12  
 cum gaudentibus. Hoc inuidi non faciunt, sed de alie  
 no gaudio & bono tristantur Inuidia, inquit, beatus Inuidia  
 Augustinus, est dolor felicitatis alienæ. Veneno illo quid.  
 diabolus plenus est: Inuidia enim diaboli, mors in: Sapiens. 2  
 trahit in orbem terrarum. Imitantur autem illum q  
 sunt ex parte illius, & hoc infernale virus biberunt,  
 sicut Cain inuidit fratri suo. Cauete fratres, & sitis in  
 charitate feruentes, quia tepidis religiosis familiaris  
 est inuidia. Et hæc inuidia frequenter etiam contin:  
 git in hominibus eiusdē status, seu artificij, vt in col:  
 legijs & conuentibus, & mercatoribus, aut alijs equa  
 libus. Longe sit hoc serpentinum virus à nobis, sed  
 potius tanquam filij sempiterni gaudij simus, semp  
 gaudentes in charitate, sicut decet viros contempla:  
 tiuos sancti Iohannis alumnos. Ad contemplatiuā Gregor.  
 enim vitam, inquit beatus Gregorius homilia 14. in  
 Ezechielem, pertinet charitatem dei & proximi mē:  
 te tenere. Dicit nō solum dei, sed etiam proximi cha:  
 ritatem tenere: & hoc mente, in qua est gaudium de  
 bonis amatis, Veri contemplatiui habēt alijs inten:  
 dere, ita quod inuidere nesciāt, de quibus subdit Gre:  
 gorius dicens: Contemplatiuorum est ab exteriori  
 actione quiescere soli desiderio conditoris inhaerere  
 vt nil iam agere libeat: sed calcatis curis omnibus, ad  
 videndum faciem cōditoris inardescere. Tales ergo  
 non cupiunt rerum temporalium, nec implicant se il  
 lis, Attendamus quid de patrono & duce nostro scri  
 bitur. Puer autem crescebat, & hoc quoad corpus, & Lucæ 1  
 confortabatur spiritu, quoad animam, scilicet, quia  
 gratia & virtute replebatur. Amplissimo enim certa  
 mini eius, virtus parabatur, inquit Ambrosius. Et q̄: Ambrosi.  
 uis in puerili ætate corporalibus incrementis profici  
 ebat Iohannes in virilibus tamen annis constitutus,  
 laudabiles pueriles conditiones non abiicit. Sunt



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Conditio:  
nes puero  
rum.

1. Cor. 14

enim certe puerorum conditiones, quę etiam seniles ætates decent, quas cum duce nostro Iohāne nos hęc seruari congruit. De quibus ait quidam: Sunt pueri puri, parui, paruisc; cibantur. Currunt, lætantur, citodant, cito pacificantur. Sunt igitur pueri puri, id est, innocentes cōtra malitiam. Vnde Apostolus ait: Matritia paruuli estote. Talis erat Iohānes, quia per gratiam in vtero sanctificatus est, tale priuilegium secundum doctores, accepit, quoniam nunquam mortaliter peccare potuit. Augustinus in sermone de collatione eius dicit. Quis nostrum dicere audeat Iohannem actu, dicto, habitu, vel victu peccasse? Decet nos fratres semel totaliter in professione à peccatis purgatos, eisdem rursus non inquinari. Summum in cremo ista studium debemus exhibere ne mortaliter peccemus.

Matth. 18

¶ Secundo pueri sunt parui, id est, humiles. De quibus dominus: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum, quod tamen nullus nisi humilis intrat. Talis erat Iohannes, qui cum prævitę sanctitate Christus esse putaretur, maluit humiliter subsistere in se, quam inaniter tolli supra se. Et nos fratres, quanto propositum asperius subiuiimus tanto ad attritionem & humilitatem vestium, & vniuersorum quę ad vsum nostrum pertinent, vilitatem abiectionem & paupertatem, super omnes alios monachos nos astringit. Et quanto ad altiore ecclesię statum conscendimus, tanto humilitatis fundamentum nobis magis necessarium est. Quinimo ipsa nostra exercitia nos humiles & patientes efficere debent.

Matth. 11

Thre. 3

Quę inditia sunt veri nostri profectus, iuxta illud Ierem. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se supra se. Oia penę, inquit Statutū, quę in hac nostra institutione sunt optima, quiete, & solitudine, silentio & superiorum appetitione significans, quę studia suos alūnos quales efficiant, postea manifestat dicens: Dabit percutienti se maxillam, saturabit opprobrijs, quorum

in altero patientia summa, in altero perfecta refulget humilitas, Decet ergo super omnes nos esse humiles.

¶ Tertio, pueri paucis cibantur, & vilibus circa corporis necessaria contenti sunt. Et quod egit Iohannes? Puer erat in desertis, Puer de pontificali progenie editus, cui prelatio hereditario iure debebatur. Quomodo vixit? quid egit? Reliquit certe mundum, transiit in desertum, de delictis ad austeritatem, de diuitiis ad paupertatem, de sericis ad cilicium, de epulis ad ieiunium, de soporibus ad vigiliis, de gaudio ad lacrymas, de fabulis ad silentium, de iocis ad serium, de totius mundi consolatione ad penitentiam lamentum. Imitemur fratres ducem nostrum. ¶ Quarto pueri currunt. Et Iosus precursor factus est Christo. Nos etiam curramus fratres viam mandatorum dei, donec occurramus omnes in viam perfectum. ¶ Quinto pueri latantur, Iohannes adhuc puer in utero matris exultauit de presentia domini, Sanguis recens, purus & pleenus, pueros currentes & lantos reddit. Et sanguis Christi Iesu a nobis quotidie sumptus, alacres nos reddere debet deo, qui hilares datores diligit, veloces & currentes in suo seruitio contra acediam, & inquietos ad temporalia, donec quiescamus perfecte in summo bono, unico maximo. ¶ Sexto, pueri cito dant Iohannes quinquennis omnia reliquit, & nos reliquimus omnia. Vtinam nunquam aliquid repetamus animo volenti dicendo: Ego volo hoc habere, &c.

¶ Septimo pueri cito pacificantur. Iohannes cum Iesu quod odestum pacem erat pacificus, quarens Herodis & aliorum salutem verbis pacificis. Et nos simus pacifici, ut filii dei esse mereamur. Quod si filii, & heredes. Hæ sunt conditiones puero, quæ etiam canos annos decet. Cum Iohanne ergo patrono ac duce nostro simus pueri spiritu conformati in desertis, soli & silentes. Habemus autem desertum vel eremum in cellis nostris, soli & silentes, domini visitatione & vocatione expectantes. Quod si solitudinem aut silentium

Psal. 118  
Ephesi. 4

1. Cor. 9

Psal. 119  
Matth. 14  
Marci 6  
Matth. 5  
Roman. 8



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tiū frangimus, quomodo in eremo esse dicimur, aut ibidem professionem nostram implemus? Seruate ergo fratres solitudinem & silentium stricte cum Iohāne, vsq; in diem ostensionis vestræ ad Israel. Hoc est donec spiritus sanctus vos vocauerit, & ostenderit quid agere debeatis in hac vita in quocunq; officio, vel ad Israel, hoc est, ad videndum deum in vita futura.

Iohannes qua sanctimonia dominū præcesserit, & quomodo vt duci & patrono suo illi adhæreant Carthusiani.

Exhortatio VI.

**I**psæ præcedet ante illum. Lucæ primo. Beatissimus Iohannes præcessit dominum Iesum, sicut ab angelo prænuntiatum fuit, & meruit à domino laudari & coronari, iuxta illud: Inter natos mulierum, non surrexit maior Iohanne baptista. Secundū Augustinum, in his quæ non mole magna sunt, idem est maius quod melius. Itaq; veritatis testimonio, melior est Iohannes inter prophetas, inter mulierum natos, & inter electos atq; beatos. Felix hæc laudatio. Quia non qui seipsum commendat ille probatus est sed quem deus commendat. Diligentissime fratres coniungamus nos beato Iohanni duci nostro, & cum eo dominum præcedamus Iesum, qui subsequens penitentibus dabit peccatorum omnium veniam, proficientibus in via domini atq; laborantibus, spiritus consolationē, virtutūq; omnium perfectionē, p̄seuerantibus quoque interminabilem glorię iubilationem. Non deit liberalis remunerator, si affuerit fidelis laborator. Iohannes præcessit dominum Iesum, commorando in solitudine. Dicit enim sanctus Lucas: Puer autem sci

Matth. 11  
Augustin.

2. Cor. 10

Lucæ. 1

licet Iohannes, crescebat & confortabatur spiritu, &  
 erat in desertis vsq; in diem ostensionis suæ. Crece-  
 bat, scilicet mente ineffabiliter omni charismate gra-  
 tiarum. Confortabatur spiritu, hoc est, à spiritu tan-  
 cto, seu donis & gratia eius. In desertis, hoc est, teste  
 Dionysio Carthusiano, eremo & solitudinis locis, vt  
 ibi deo per contemplationem, & feruidam dilectionē  
 liberius frequentiusq; vacaret, quotidiana peccata q̄  
 ex humana cohabitatione sæpe contingunt, magis  
 vitaret, solis supernis intenderet, vitam rigorosiorē  
 exemplarioremq; duceret, atq; per hoc magis idone  
 us fieret Christi testis, ac pœnitentiæ exhortator. Vi-  
 tæ Iohannis rigorositas in vestitu & victu, descri-  
 bitur ab euangelista, vbi dicit: Ipse Iohannes habe-  
 bat vestimentum de piliscamelorum, hoc est, vestem  
 cilicinam ex illis pilis cõtextam. Et illa vnica contē-  
 tus erat, secundum mētem Dionysij Carthusiani. Er-  
 go in deserto sustinuit multa frigora. Pro testimonio  
 huius dicti habetur in historijs, quod caput Iohānis  
 fuit inuētum veste cilicina inuolutum. Et zonam pel-  
 liceam circa lumbos suos, id est, grossam corrigiam  
 de duris & crudis pellicearum minutijs factam. Esca  
 autem eius erat locustæ & mel syluestre. Locusta si-  
 gnificat tria, videlicet herbam, radicem, & auem mi-  
 nutam. Chrysostrōmus autem & alij multi hoc loco p  
 locustas intelligunt animalia parua non alte volan-  
 tia, quæ in deserto Iudææ abundabant, & frixa cum  
 oleo esca sunt pauperum. Alij per locustas intelligūt  
 herbas deserti, cum non videatur probabile q̄ Iohan-  
 nes (qui nec pane vescebatur) carnes animalium, aut  
 aliquod coctum comederit. Mel vero est quod in syl-  
 uis reperitur, & arborum truncis. Rabanus autem  
 per mel syluestre intelligit quoddam genus foliorū,  
 quæ alba & tenera, manibusq; attrita, melleum habēt  
 saporem. De potu eius dicit Lucas: Vinum & sicerā  
 non bibit. Secundum Bedam, per siceram intelligit

Dionysius  
Carthusi.

Marth. 3

Chrysostr.

Mel quid.  
Rabanus.Lucæ 1  
Beda.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Leuit. 10  
Lucæ 1,

Matth. 3  
Lucæ 3

Hebræ. 4

omnis potus inebriatius, de quacunq; cōfectus ma-  
teria. A tali potu Iohannes abstinuit cunctis diebus  
vitæ suæ: quia erat Nazareus, domino excellentius  
cæteris consecratus, qui semper à talibus abstinebāt  
Et impletū est quod dixerat angelus Zachariæ: Ipse  
præcedet ante illum, in spiritu & virtute Eliæ, scilicet  
propter similitudinem vitæ, in austeritate victus  
& vestitus. Fuit insuper spiritu sancto plenus, anteq̃  
ex utero matris suæ procederet. Quapropter purus  
& innocens, & superillustratus, & prædicans, pœnitentiam  
agite, appropinquabit enim regnum cælorū  
Et: Facite fructus dignos pœnitentiæ, multos cōuer-  
sit ad Christum dominum deum ipsorum, & mato-  
res gētis suæ ad amorem & sequelam iuniorum, hoc  
est, filiorum eiusdem gentis, scilicet Apostolorum, &  
incredulos patres, ad prudentiam & fidem iustorum  
id est, Apostolorum, qui in comparatione ætatis erāt  
eorum filij. Sic sic parauit in occursum Christi, hoc  
est, domino, plebem perfectam. Merito ergo erat pa-  
rentibus, vicinis, cognatis, cunctisque hæc audienti-  
bus gaudium & exultatio: & factus est magnus gra-  
tia, merito, & gloria coram domino. In his pro mo-  
dulo nostro fratres consociati beatissimo Iohāni cū  
eo præcedamus dominum. Pro modulo dico, quia in  
eodem gradu gradī cum eo est nobis impossibile. Suf-  
ficiat nobis in hac ætate qua sumus, commorari in so-  
litudine cellæ, quam non egrediamur, nec in eam ali-  
os introducamus leuibus ex causis, ne eam exosam  
habeamus: sed perseueremus cum beato Iohanne, do-  
nec à deo euocemur, sicut ipse. Interim vacemus cō-  
templationi paulatim proficiendo (Nemo enim res-  
pēdo sit summus); diuinam præsentiam iugiter atten-  
dendo cū summa, vt decet, reuerentia. Deus enī ipse  
dñs Iesus, vt exponit Dionysius Carth. Pauli verba,  
est discretor. i. diiudicator & cognitor cogitatioū  
non solum earū quæ sunt in virtute cogitatioū orga

nica, sed & earum quae sunt in potentia intellectiua inorganica, & intentionum cordis. i. ordinationum finalium. Deus quippe non solum inspiciet cogitationes sed cernit ad quem finem qualibet cogitatio ordinatur a cogitante. Si intentiones cordis (quae occultissime sunt, ita quae sepe intendunt fallunt) sunt notae deo, quae tomagis exteriora? Sed in deo nulla est differentia ad cognoscendum: Vna est ratio cognoscendi, & vna facilitas cognoscendi omnia, scilicet, quia deus est. Scire omnia, est naturae divinae proprium. Vnde Apostolus: Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Si scire est bonum, quae bona est scientia diuina, quae est infinita, & ideo perfectissima, & sine permixtione ignorantiae etiam minimae? Talis est etiam eius potentia, benignitas, charitas, gratiositas, largitas, & quicquid bonitatis & amabilitatis potest cogitari, vel esse. Quapropter est totus amabilis, & totus desiderabilis. Idcirco dignum, & iustum & salutare est, quantum fragilitas & conditio humanae permittit, de eo solum pura mente ac reuerentissime cogitare, omnibus caducis, immundis, & breuiter, omnibus creaturis seclusis, ut amor eius in nobis accendatur, & ex toto corde solus diligatur: quae contemplatio est propter amorem contemplati. Haec cum facimus, cum Iohanne in desertis moramur. Sed quia humana fragilitas non finit semper supernis intendere, & vita corporea multis indiget, oportet exemplis sanctorum solitarioque diuersa habere exercitia: nunc orare, nunc meditari, nunc vero legere quae opportuna sunt, & informant quomodo carnem & mundum relinquamus, & spiritualem vitam acquiramus. Propterea enim deserto seculo, monasterium sumus ingressi. Et si interdum alia legimus, ad hunc tamen finem sunt omnia ordinanda. In omnibus enim scriptis & rebus creatis (si diligenter aduertimus) diuina resplendet maiestas. Oportet nihilominus ex

Ibidem.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ercitia solitariū habere manualia, & talia in quib<sup>9</sup> honeste delectetur, & moderari ea, ne tedium & auersionem inducant: & in illis semper domini Iesu summi opificis recordari per iaculatorias affectiones. Nec cessatum tamen nobis est quotidianum facere exercitium, quo totam animam deo vniamus, separando nos ab omni quod ipsi displicet, & amplexando vero corde omne quod placet, vt ex illo scaturiat fons diuini amoris, irrigās hortum deliciarum nostrarū, & dei (qui dignatur delicias suas habere cum filijs hominum) & fecundās hortilia, vt proficiant per incrementum tota die ac nocte. De hoc constat quod monuerim vestram charitatem, & sermonibus & scriptis. Hæc sufficienter dicta de mora habenda cum Iohanne in deserto. In asperitate vestris concordamus eidem in cilio. In parcitate victus, & sobrietate potus vini & siceræ, sufficit quod non vescimur carnibus, quod habemus multa ieiunia & abstinentias, & cibum ordinis, & quod habemus multa quæ humanam naturam destitutam grauāt: quæ sine moderata refectioe portari non possunt. Ista tamen non sufficiunt ad præcedendum dominum Iesum cum Iohanne, nisi à cibo & potu, & alijs rebus concessis amore disiungamur, iuxta illud

Proverb. 8

Roma. 13 Apostoli: Curā carnis non feceritis in desiderijs. Qui enim amore inordinato ijs rebus inheret, cum Iohanne in desertis non est, sed in mūdo & in carne. Amor tamen ordinatus, naturalis, rationalis, non separat à Iohanne. Qui ergo sine amore vtitur rebus concessis præfatis, veraciter vinum & siceram, hoc est, cereuisiam, vel omnem inebriatiuum potum non bibit. Et sic sentiendum de omnibus alijs rebus. Bibere enim communiter refertur ad bonos & malos, vti vero ad bonos tantum. Sic etiam loquitur beatus Gregorius: Si, inquit, nihil in hoc mundo amando possideris etiam possidēdo cuncta reliquistis. Qui vero cibis & potibus necessarijs non vtitur, cum Iohanne non est

Gregor.

(qui utiq; cibum sumpsit) sed in terra inhabitabili, q̄  
dæmonia exclusa ab obsessis mittuntur, & interim  
tes se tales semetipsos deuorant. Saragamus fratres,  
vt cum Iohanne spiritus sancto repleamur, adhuc in  
vtero matris ecclesiæ commorātes, cuius gratia pur  
gati & illustrati, omnes ad nos venientes doceamus  
facere dignos fructus pœnitentię, nedum iuniores &  
filios, sed etiam seniores & patres, vt omnes per ve  
ram fidem tendant per iter rectum ad perfectionem  
charitatis, quatenus ex venientibus ad nos faciamus  
cum Iohanne docendo plebem perfectam. Propter  
hoc erimus parentibus nostris, cognatis etiam & vi  
cinis tam carnalibus quàm etiam spiritualibus, cun  
ctisq; audientibus & cognoscentibus profectum &  
vtilitatem nostram in plebe domini gaudium & exul  
tatio, in natiuitate nostra, quando nascemur in cœlo.  
Efficiemur etiam ex hoc magni apud dominum, gra  
tia, merito & gloria.

DE BEATA MARIA MA  
gdalena. Titulus tertius.

¶ Peccatis omnibus oblatam esse remissi  
onem, & quomodo beata Maria Magda  
lena Carthusiensibus sit patrona.

Exhortatio I.



DISSISSA sunt ei peccata multa. Luca  
primo. Ad hanc vocem, vocem salutis,  
vocem lætiæ, quæ hodierna solennita  
te auditur in tabernaculis iustorū, gau  
dete fratres charissimi, iterum dico  
gaudete. Gaudete inquam, & renouet  
& cantetur paschale Halleluia. Ecce hodie declaratur  
& resoluatur quod terribile sonat peccatori illuda

Philip. 4



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hebræ. 6

postoli: Impossibile est em̄ eos qui prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, &c. Ecce nunc per totum mundum publicatur, quàm flexibilis, quàm gratiosus, quàm misericors sit deus, q̄ facilis ad veniam. Ad solius quippe gemitus petitionem, peccatrix auidere meruit: Dimissa sunt ei peccata multa. Et: Remittuntur tibi peccata. Et: Vade in pace. Gaude igitur frater peccator, qui ad eremum Carthusianam, p pœnitentia accessisti, quia pro tua consolatione sãra solennitas in ordine instituta dinoscitur, vt haberes pœnitentiæ exemplum, facilis reconciliationis fiduciam, modum viuendi. Maria peccatrix pœnitentiam exhibuit veraciter pro peccatis dolendo, cito reconciliata est, omnium peccatorum plenariam remissionem accipiendo, in deserto vixit vitam contemplatiuam exercitando. Quam nobis à deo datam, & ab ordine nostro acceptam patronam diligenter attendamus, & omni deuotione colamus & imitemur. Pœniteamus ergo veraciter pro peccatis nostris. Notandum quòd ad pœnitentiam requiritur primo contritio vera. Est autẽ contritio dolor voluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi. Quod vt intelligatis, aduertite fratres, quòd sicut conteri aliquid dicitur, quando in minimas partes comminuitur, & quasi annihilatur: frangi autem quando solum in magnas partes diuiditur. Sic metaphorice & similitudinarie cor hominis durum dicitur quàm diu suo sensui inhæret, perseverando in peccatis, nec diuinæ inspirationi quasi manui se tangenti cedit (sicut durum est quod tactui nõ cedit) sed obuiat, dum in affectu peccandi moratur. Conteritur aut, quando affectus peccandi secundum omnem sui partem in eo totaliter destruitur, id est, quando voluntas, quæ per superbiam deo resistebat, perfecte deo cedit. Frangitur autem solum, quando respicere incipit, quamuis non tot alter conuertatur: & sic dicitur

Contritio  
quid.

atleri, non conteri. Atteritio ergo non sufficit ad verā  
 pœnitentiam & salutem: & est sine gratia gratum fa-  
 ciente, & ortum habet à timore seruli, quæ pœnam  
 attendit. Est tamen dispositio ad contritionem & sa-  
 lutem. Contritio vero ortum habet à timore initiali  
 vel etiam filiali: & est à deo & semper cum gratia gra-  
 tum faciente, de qua dicit Augustinus: Contritio est  
 dolor remittens peccatum. Et Gregorius: Contritio  
 est humilitas spiritus annihilans peccatum inter sp̄  
 & timorem. Qui ergo vult vere pœnitere, debet ve-  
 raciter & totaliter ab omni peccato recedere, & illud  
 ipsum execrari, & nulli peccato adhærere: alias se-  
 ipsum fallit, nec pœnitet. De q̄ Ambrosius, vel secun-  
 dum alios Gregorius: Pœnitentia est præterita mala  
 deplangere, & plangenda iterum non admittere. Nā  
 qui sic peccata deplorat vt alia committat, adhuc pœ-  
 nitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Et Au-  
 gustinus: Nequaquam pœnitens sum, si nō illecebras  
 omnes delectationis carnalis postposuero, si in ama-  
 ritudine mentis & afflictione corporis non satisfacere,  
 si in cibis pauperum facultates meas non distri-  
 buero, si in amore charitatis flagrantius non effebu-  
 ero, si ab omni vanitate omnium membrorum mot⁹  
 non refrenauero. Debemus ergo ab omni illicito nos  
 abstrahere. Insuper dolor iste voluntarie assumptus  
 pro peccatis, debet esse maior omni dolore, sicut amor  
 dei debet esse maior omni amore. Sicut enim deus  
 plus placere debet quàm vlla res creata: ita nulla res  
 tantum displicere debet quātū peccatum. Dolor ergo  
 & displicentia peccati debet excedere omnem dolorē  
 vel displicentiam. Vnde si contingeret, quod oportet  
 ret vel peccare mortaliter, aut sustinere damna tem-  
 poralia, vel pœnas, vel mortem, tunc oportet de ne-  
 cessitate salutis propter amorem dei præeligere da-  
 mna & mortem potius, quàm peccare. Et iste dolor  
 vel displicentia peccati debet durare toto tempore

August.  
 Gregor.

Ambrosii.  
 Pœnitentia

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

vita huius . Non enim potest esse nimia , neque  
e extensione magnitudinis , nec temporis sicut etiam  
amor dei non potest esse nimius . Non est tamen ne-  
cessarie , quod semper homo de peccato & eius do-  
lore vel displicentia cogitet , sed pro loco & tempo-  
re : & quando animo occurrit , tunc debet peccatū des-  
testari . Dolor tamen qui est in parte sensitua , vel per  
redundantiam ab anima in corpus , vel qui infligitur  
pro satisfactione , non debet maior esse omni dolore  
sensituo : imo non licet taliter dolere , quia homo seip-  
sum occideret per talem dolorem : sed debet secundū  
monita sancti Pauli , rationale esse obsequiū nostrę  
Pręfatus ergo dolor assumitur ( vt supra diffinitum  
est ) cum proposito confitendi & satisfaciendi . In con-  
fessione cauendum est , nedum ne peccatum excuses-  
mus , vel minus ostendamus quā est , sed etiam  
maius dicamus , vel accusemus quā est : quia debet  
esse veritas in confessione , & tali voce debet fieri q̄ in-  
telligatur quod dicitur . Est hic magnus defectus qui  
nimis submisit , & non distincte & intelligibiliter cō-  
fitemini . Satisfactio consistit in eo , q̄ restituat proxī-  
mo in quo est læsus , siue in fama , siue in rebus , & luat  
in corpore quod deo non satisfecit dolendo sufficien-  
ter in mente . Moneo ergo vos charissimi fratres , ex  
quo propter amorem dei , & vestram salutem dedistis  
vos ad pœnitentiam , faciatis eā in oculis domini ( q̄  
omnia intuetur ) in veritate , prout iam pręmonui , &  
succinctim declaravi , alia omissa per vos ipsos inda-  
gate , & perseuerate in ea . Videte & recordamini , q̄  
dominus Iesus pro nobis satisfacere volens , perseue-  
rauit vsq̄ ad mortem , nec descendit de cruce ( quam  
suis humeris bauiiuit ) sed mortuus , per alios , & nō  
per seipsum depositus est , sic nec vos patiamini q̄ ali-  
quis , quicumq̄ fuerit , vos viues de pœnitentia & cru-  
ce Carthusiana , quam deo inspirante & adiuuante es-  
legistis & suscepistis , deponat . Recordamini illud eu

Roma. 12

Peccatum  
non excu-  
sandum .

Satisfa-  
ctio .

angelij: Qui miserit manum suam ad aratrum, & respexerit retro, non est dignus regno dei. Recordamini vxoris Lot, quæ respexit & conuersa est in statuâ salis, vt saliret & condiret nos. Recordamini profissionis factæ coram deo & beata virgine Maria dei genitricis, & cæteris sanctis eremi huius de stabilitate. Nolite vacillare aut moueri falsis persuasionibus diaboli sub quocunq; colore, vel profectus, vel infirmitatis, vel vtilitatis, & cuiuscunq; motiui, quia profectus erit nullus, sicut experientia multa docuit. Nec obseruantia ordinis infirmitatem inducit, cum eam pueri possint obseruare, & faciunt, & vtilitas est ridiculosa. Imo si angelus de cælo aliud euangelizauerit, anathema est. Cauete scandalum, quod sit confratribus & secularibus dicentibus: Talis instabilis factus est, & timet se iungere nobis. Sed perseuerate in vocatione qua vocati estis cum beata Maria Magdalena, eremum excolentes, diuinæ dulcedini & amori in hærentes. Ad cuius excellentiam peruenit domino Iesu & beato Petro & sancto Maximino obediendo, & credendo. Sic vos maxime incipientes & neophyti faciatis, superiorum & maiorum consilijs obtemperando, & ea seruando. Sic diaboli laqueos superbie, duritiæ, erroris, & vniuersæ malitiæ euadetis, dulcedine domini tanquã in paradiso perfruemini, & æternam vitam obtinebitis.

Lucæ 9  
Genesi .19

Coloss. 1

**De spiritali osculo triplici, pedum, manuum & oris. Exhortatio II.**



Sculum mihi non dedisti. Lucæ 7. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & qui dignatus est nasci de Maria virgine, non solum nõ dedignatus est osculari à Maria peccatrice, sed etiã ad hoc omnes inuitare vo-

1. Timo. 1



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Luc. 7.

Bernar

Pfal. 10.

Bernar.

r. omni.

luit peccatores, obiurgādo Simonem quodd hoc facere neglexerit, quasi singulis peccatoribus diceret: Osculum mihi non dedisti. Est autem triplex osculum, scilicet pedum, manuum, & oris. Spirituale osculum pedum domini est humilis & amorosa, post perpetrata scelera, ad deum conuersio. Vnde dicit Bernardus super cantica, sermone quarto, Cum, inquit, humili & verecunda satisfactioe emendatur superba transgressio, osculari solere pedes congrue iudicatur. In omnibus quidem charissimi fratres ita esse videmus, seruos offensorum dominorum osculari solere pedes, cum ab eis veniā petūt. Sunt autē pedes huiusmodi duo quibus dominus vniuersas vias suas graditur vtpote pes misericordiā, pes dexter, & pes iudicij, veritatis siue iustitiā pes sinister. Quorum primum osculo spei & confidentiā, ne quis desperet, secundum vero osculo timoris & reuerentiā, ne quis præsumat amplecti necesse est. Vnde Psalmista: Misericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Siquidem si quis eodem delictorum pulueribus diffidendo aut præsumentem maculauerit, lauare habet contritiones lachrymis tergere & vngere satisfactioe operibus. Quā religiose vero hęc sancta Maria Magdalena compleuerit, ex euangelio hodierno luce clarius patet. Non enim pedes domini I E S V destitit lachrymis vbererrimis rigare, crinibus tergere, ore osculari, odoriferis vnguētis delinire, donec audire mereretur. Remittuntur tibi peccata tua. Hęc charissimi fratres est vera forma pœnitentium, qua prætermissa nullum erit perfectionis in nobis exordium. Vnde beatus BERNARDVS super Cantica sermone tertio: Quæ inquit, anima adhuc onerata peccatis, suæque carnis adhuc obnoxia passionibus, quæ suauitatem spiritus necdum senserit, inter horum ignara atque inexperta penitus gaudiorum, arroget sibi ad os serenissimi sponsi assurgeres. Ostitē

do tamen illi qui huiusmodi est, locum in saluari cōgruentem. Non temere assurgat ad os serenissimi Iponsi, sed ad pedes seuerissimi domini, metu pauidaiaceat, & cum publicano terram tremens, non cœlum aspiciat, ne confusa luminaribus cœli, facies asuera tenebris optimatur à gloria. Non tibi quæcunque es illa anima, non tibi locus ille vilis aut de spicabilis videatur, vbi sancta peccatrix peccata depofuit, & sanctitatem induit. Huius igitur beatæ peccatricis exemplo prostrernere & tu o misera, vt tu desinas esse misera, prostrernere & tu in terram, amplectere pedes, placa osculis, riga lachrymis, quibus tamen non illum laues, sed te: vt fias vna de grege tonfarum quæ ascenderunt de lauachro. Ita sane vt suffusum pudore & mœrore vultum attollere nō ante audeas quàm audias & ipsa: Remittantur tibi peccata tua.

Lucæ 18

Cant. 4

Secundum osculum dicitur osculum manuum, quod myitice nihil aliud est, quàm de beneficijs collatis ac conferendis digna gratiarum actio, & ad emendatius viuendum, deoque dignius conuersandum operosa intentio. Pauperes enim diuitum manus osculari solent, cum ab eis munus accipiūt. Per manus etiam opera signantur. Qualiter autem hæc beata Maria Magdalena impleuerit, apertissime in euangelij & vitæ ipsius historia legitur. Huius igitur beatæ mulieris exemplo post penitentiam malorum præteritorum, si ad perfectionem venire cupimus, necesse est, vt bonis operibus & exercitijs feruenter proficiendo insudemus. Vnde loco quo supra BERNARDVS. Sumpto itaque ad pedes primo osculo, nec sic præsumes statim ad osculum oris assurgere, sed tibi gradus ad ipsum medium quoddam aliud osculum, quod secundo loco ad manū accipies. Et idē Bern. Nolo ait, repete summū fieri, paulatim, pficere volo. Quantum deo displicet



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ecclesi. 3

impudentia peccatoris, tantum penitentis verecun-  
dia placet. Citius placas eum, si mensuram tuam  
seruaueris, & altiora te nō quæsieris. Longus saltus  
& arduus de pede ad os, sed nec ascensus conueniēs.  
Quid enim? Recentis adhuc respersus puluere, ora sa-  
cra contingēs? Heri de luto tractus, hodie vultui glo-  
ria præsentaberis? Item Hugo in Soliloquio de arra-

Hugo Vi.

animæ: Nescis o anima, nescis quàm fœda prius fuis-  
sti, quàm polluta, quàm deformis & squalida, quàm  
destituta & dissipata, omni horrore & enormitate ple-  
na? Et quomodo tam cito in illum pudoris & castita-  
tis thalamum introduci expetis, nisi prius saltem cu-  
ra aliqua & studio excolta, ad pristinum decorē repa-  
reris? Prius stude formam tuam excolere, faciem or-  
nare, habitum componere, maculas tergere, mores  
corrigere, disciplinam seruare: & omnibus tandem in  
melius commutatis, digno sponso dignam sponsam  
reddere. Item de eodem Gilbertus, super illud: Manus  
meæ distillauerunt myrrham. Quicumq; apparere cu-  
pit dilecto, suisq; amplexibus delectari, ipsum oportet  
primo operum meritis, contemplandæ veritatis  
aditum præparare. Bonæ quidem myrrhatæ manus,  
quæ carnis mortificationem operantur, quæ fluxū es-  
ius compescunt, stringunt lasciuiam, vt latius influat  
oblectatio verbi. Has nullas myrrhæ congrue accipi-  
mus vigilias, ieiunia, parcitatem victus, asperitatem  
vestitus, plagas virgarum volūtariè susceptas, in ma-  
tutinis psalmodiæ vociferationes non pigras.

Cantic. 5  
Gilbertus

Tertium dicitur osculum oris, quod quantum  
commodius effari potest, nihil aliud est, quàm per cō-  
templationem fructiua adhæsiō & vnio spiritualis  
sponsæ iam mundatæ & exornatæ cum suo sponso  
amantissimo. Anima em̄ amorosa tunc a suo sponso  
sempiterno, scilicet dei verbo, osculatur, quādo intel-  
lectu & affectu quasi duobus labijs suis verbo aduna-  
tur, iuxta illud Apostoli: Qui adhæret deo, vnus spi-

7 Cor. 6

ritus est cum eo. Istud vero osculum non potest explicari quid sit, sed à mortali alicqualiter gustari. Vnde dicit Bernardus: Explorare velim, si cui vnquam vestrum ex sententia dicere datum sit: Osculetur me osculo oris sui. Ego arbitror neminem facile scire posse quid sit, nisi qui accipit. Est quippe manna absconditum, & solus qui edit adhuc esuriet. Est fons signatus, cui non cōmunicat alienus. Qualiter beata Maria Magdalena hoc osculum experta fu- erit, patet in eius legenda, quæ in triginta annis nullum cibum vel potum sumpsit, nisi celestem, quod osculum est sponsi. Itaque fratres mei charissimi, sequamur patronam ordinis beatam Mariam Magdalenam & curis, sollicitudinibus, & occupationibus inutilibus & nocivis, atque superfluis reiectis, circa hæc animarum nostrarum sponsi oscula die noctuque occupemur ne in die desponsationis, id est, iudicii singulis nobis damnabiliter à sponso domino nostro Iesu obiciat: Osculum mihi non dedisti.

Bernard.

Cantico. 1

Apocal. 2  
Ecclesi. 24

### Ad peccatorum remissionem necessaria esse multa. Exhortatio III.



Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucæ. 7. Sacer ordo non ster Carthusiensis exordium sumpsit à pœnitentia. Volebant enim primi patres nostri faciem domini præoccupare in confessione, nedum laudis, sed etiã pœnitentiæ, & lachrymis veræ contritionis, & satisfacti- one afflictiva placare regem gloriæ, ne perirent, sicut ille doctor, quem propria confessione didicerant con- demnatum. Propterea elegerunt locum pœnitentiæ aptum, eremum terribilem, quã decies inspexi. Nos sumus filij patrum nostrorum. Exhibeamus nos quales nos profitemur. Agamus pœnitentiam. Ad hoc

Psalm. 94



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

enim venimus. Raro ad ordinem nostrum venit alii quis, nisi prius fuerit aliquibus peccatis obligatus. Igitur præterita desineamus, donec nobis deficiant in ipsa hora mortis lachrymæ. Futura caueamus omni studio. Sic Maria Magdalena licet conuersa fuisset remissionem & gratiam, tamen vsq; in finem vitæ pœnituit, & futura declinauit, solitudinem & celsum muliercula colens: Fratres mei, non sufficit semel pro peccatis doluisse, sed oportet semper dolere, hoc est, auersionem à peccatis habere, quædo mēti occurrunt. Sed ipsa pœnitentia infructuosa est sine charitate, quia Apostolus dicit: Omnia vestra in charitate fiant. Quapropter de beata Maria Magdalena in euangelio dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. In quibus verbis duo innuuntur: Primum peccatorum remissio, Secundum, remissionis ratio. Ad peccatorum remissionem plura sunt necessaria. Primum est peccati cognitio, vnde Bernardus: Scio neminem posse saluari sine propria cognitione. Et Seneca: Salutis initium est propria cognitio. Quomodo enim fieri potest, q̄ quis à peccato se auertat, de illo doleat, confessorem informet, nisi illud plene agnoscat? Quanta autē diligentia debeat exhiberi pro peccati cognitione necessaria, in doctoribus sanctis (quorum egregia scripta copiose possidemus) requirite. Non est negligendum, quia salus nostra ex eo dependet. Sed heu plures inueniuntur, quos tēdet laboris, imo (quod peius est) nolunt se agnoscere, ne conscientia remorsu cōtristentur. Tempora vero pœnitentiæ indulta expēdunt secundum desideria cordis ipsorum, in vanis & inutilibus, imo & nociuis, auertentes oculos à semet ipsis, & conuertentes in alios, & curiositate ducti aliorum vitam discutiunt, dijudicāt, cōdēnant, aliosq; ad idem inducūt, ducētes dies vacuos, & noctes insomnes. Vnde Bernardus: Multi multa sciūt, seiplos

1 Cor. 16.  
Lucæ 7

Bernar.  
Seneca.

Philos. 2.

Bernard.

nesciunt. Secundum quod requiritur, est consideratio diuinæ offensionis. Hinc Augustinus: Pœnitens inquit non solum consideret quid fecit, sed quem offendit. Tertium est timor, vnde in Ecclesiastico scriptum est. Timor domini expellit peccatum. Quartum est remissionis fiducia. Vnde Salomon: Per misericordiam ait, & fidem purgantur peccata. Quintum est peccati verecundia. Vnde Gregorius, Facilliter ait culpa corrigitur quæ erubescitur. Et Ecclesiasticus ait: Est confusio adducens gloriam. Quanto enim verecundia maior, tanto pœnitens in oculis dei clarior. Sextum est, notitia damni, quod peccatum in nobis operatur. Damna quæ peccator acquirit per peccatū, sunt multa & graua, atq; horrenda nimis, Priuat pœtōr dei gratia & æterna gloria, acquirit sibi æterna tormenta, vulneratur spiritualiter, & peioratur natura eius atque corrumpitur. Odio habet altissimus peccatorem. Quæ omnia considerata, merito mouere debent peccatorem ad pœnitentiam, atque dolorem, sicut mota fuit Maria Magdalena, quæ intantum doluit, vt resoluereetur in abundantissimam lachrymarum, quibus lauare potuit domini Iesu pedes, Vnde audire meruit: Remittuntur tibi peccata tua. Hinc exclamat Bernardus: O quanta vis est in lachrymis pœnitentis, abluunt culpam, extinguunt gehennam, ascendunt ad cœlos, descendunt in abyssos, ignem inferni extinguunt, in cœlo deum reconciliant, intus animam lauant. Et Chrysoströmus: Nemo ait, stens ad deū accessit, qui nō impetrauit quod postulauit. Et Isidorus: Pœnitentis lachrymæ apud deum reputantur pro baptismate. Cum ergo tantæ efficacix sint lachrymæ in hac breuis temporis vita, quæ post vitam in sempiternum nullius erunt virtutis, mirum satis est, quod peccator sibi conscius qd deū grauiter offendit, has lachrymas negligit, & totū feret tempus in lætitia inepta, in risu inutili &

August.

Ecclesi. x.

Prouer. 13

Gregori.

Ecclesi. 4.

Sapi. 17.

Bernar.

Chrysostr.

Isidorus



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gaudio decipiente consumit. Verū ad remissionem culpæ maxime valet, quod secundo loco in verbis thematicis subiūgitur, scilicet, quoniam dilexit multum. Non est hoc intelligendum, quod dilectio fuerit in beata Maria Magdalena cum peccato, & per eam meruerit remissionem: quia impossibile est quod peccatum & dilectio dei sint simul in eodē, sed magna dilectio exterioribus signis exhibita, plenariā a peccatis peccatorum obtinuit remissionem, & quandam obtentæ veniæ assurancementem, quæ rursus remissioni auxit amorem, quia cui plus dimittitur, plus diligit. Et nos fratres charissimi, consideremus quæ a deo donata sunt nobis, quantas offensas nobis dimisit, quoties peccatis exigentibus in infernum iam diu descendissemus, nisi pietate diuina p̄seruati fuissimus. Pro ijs omnibus deum multum diligamus, vt plenariam remissionem peccatorum, & veniæ assurancementem in affluentia diuinæ dulcedinis consequi mereamur. Excusamus nos a tepore, ne incipiat nos euomere de ore suo. Qui enim multum diligit, nihil negligit, sed solerter circumspicit, ne aut in corde suo, aut in mente sua, aut in anima sua, aut in omnibus viribus suis, aliquid delirescat, quod oculos super oīa dilecti domini dei & saluatoris sui offendere possit. Naturalia sua vitiosa funditus relinquit, passiones ad imperium rectæ rationis edomat, & nec sibi nec ulli creaturæ, sed soli dilectissimo placere & ab eo diligere, anhelo spiritu desiderat. Fortis est enim in eo, vt mors, dilectio. Quia sicut mors fortissime coniuncta separat (scilicet animam a corpore) sic amor dei, multus & fortis, vniuersa amabilia ab eo dissoluit, & ad ea quasi insensibilem reddit, imitatione beatæ Mariæ Magdalenæ, quæ amore Christi tædio vitæ affecta, mundum, & amicos, etiam sanctos, & omnia dimisit, & eremum intrauit, vt eo liberius soli diuino amor vacaret,

Luca 7  
1. Cor. 1

Apocal. 3

Cantic. 8

**De modofyncero exercitioq; diligendi deum. Exhortatio III.**

**R**Emittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucæ 7. O verbum suauissimum & omni gaudio plenum. Remissio peccatorum fit per exercitium iucundissimum atq; dulcissimum, scilicet dilectionis. Nihil quippe dilectione suauius, qua diligens conigitur dilecto in quatum bono. Loquimur tamen de dilectione recta & vera, qua deus diligitur, qualem habuit beata Maria Magdalena, q; sua peccata secundum textum sancti euangelij p dilectionem deleuit. Contraria enim solent contrarijs curari. Peccando vero ipsa ab incommutabili bono se conuerterat ad bonum commutabile, in quo laet venenum infernale amarissimum: sed diligendo se conuerterat a bono commutabili ad bonum incommutabile, scilicet deum, qui est ipsa dulcedo infinita & immensa. Ista beata Maria Magdalena nobis cum magna solennitate in exemplum proponitur, quia eius vita est Carthusiensibus viuendi forma. Idcirco sancti patres ordinis nostri institutores, quærentes peccata delere, per exercitium dilectionis (quod est pars principalis in contemplatione) eius vitam imitari cupientes in solitudine, eam in compatronam solenniter venerandam elegerunt. Imitemur ergo fratres quæcolimus, & toto mentis nisu multum diligamus, ut multorum peccatorum plenam remissionem consequereamur. Pro certo sciatis, fratres, quod nullo exercitio (quarumcumq; etiam magnarum virtutum) ita efficaciter atq; plenarie peccata soluuntur, quam isto exercitio dilectionis. Qui autem exercitare se in dilectione desiderat, primo discat necesse est, quomodo diligere debeat. Est ergo sciendum, quod diligere aliquem, est vel le illi bonum. Bonum autem aliquod est quod presentialiter habetur: Aliud quod nondum habetur, sed po



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

testi haberi. Deus autem bonum (quod ipsemet est) incommutabiliter habet, nec aliquid potest ei adiungi nec potest crescere in bonitate, quia infinitum atque immensum bonum existit. Sed proximus nosse & habet aliquod bonum, & alia adhuc bona accipere potest. Proximum ergo diligimus, quando ei bona quæ habet & habere potest, volumus: Deum vero diligimus quando bonum quod ipsemet est & habet, ei volumus. Sed non debemus ei velle bonum quod non habet, quia hoc esset vanum, & etiam iniuriosum, quasi deo aliquid deesset perfectionis, quod ei vellemus adiungi. Tunc ergo deum diligimus, quoniam cognoscimus & consideramus eius essentiam, æternitatem, omnipotentiam, infinitam sapientiam, immensam bonitatem, misericordiam, iustitiam, amorem, & cæteras intrinsecas perfectiones eius purissimas sine admixtione vlla contrarij: puta bonitatem eius, sine vlla vel minima malitia aut malo, sapientiam sine vlla ignorantia, & sic de alijs, & volumus ei illas inesse, imò complacemur & gaudemus & delectamur in hoc quod talis est deus nosse: quanquam congaudere & delectari non sint dilectio, sed effectus dilectionis concomitantes, & signa interna dilectionis. Prædicta dilectio dicitur affectiua, quia dilectio est actus voluntatis in qua est affectio. Quia dilectione debemus deum diligere, hoc est, ei bonum quod est velle absolute, id est, propter seipsum, quiescendo in ipso, & non referendo ad aliquid aliud: vtpote non debemus diligere deum propter æternam vitam, nec propter beneficia præterita aut futura, nec quia redemit nos, & creauit, nec propter alia quæcumque, in quantum propter, dicit causam finale, quia si sic diligere deum tunc non eum diligere tanquam supra omnia per se amabilem, sed propter alia nobis accommodata, & sic eum haberemus viliorē quam illa propter quæ eum diligere. Quia propter quod vnumquodque tale, inquit Philosophus 1. posteriorum, & illud magis, Et Bernardus in libro

Philosop.  
Bernard.

de diligendo deum: Deum inquit amās anima, aliud  
 præter deum sui amoris precium non requirit, aut  
 si aliud requirit, illud pro certo, & non deum diligit.  
 Item si propter aliud quodcunq; deum diligeremus,  
 tunc eum dilectione concupiscentiæ diligeremus, si-  
 cut diligimus cibum & potū propter conseruationē  
 vitæ, æquū & mulum propter agendum iter, quod es-  
 set turpe de dei dilectione sentire. Sed debemus deū  
 diligere dilectione amicitæ, fauendo & congauden-  
 do ei in suo bono, quemadmodum diligimus hominem  
 virtuosum, affabilem, doctū, bonū, &c. licet eū nunq̄  
 viderimus, nec videbimus, aut aliqd boni ab ipso re-  
 cepturi simus. Debemus tamē deum diligere propter  
 æternā vitam & cætera beneficia, dilectiōe effectiua  
 hoc est, pura dilectio dei mouere nos debet ad laudā-  
 dum & benedicendum deum, qui tantū diligibilis est  
 ac per hoc meremur vitam æternam: Quia omnis ac-  
 tio meritoria est, q̄ dilectione informat atq; mouet.  
 Ipsa quoq; dei beneficia præstita atq; præstanda,  
 nos mouere debent ad deum diligendum. Vnde  
 quando dicit quod diligere debemus deum propter  
 beneficia, ly propter, non dicit causam finalem, sed  
 motiuam & effectiuam, Debemus etiam propter dile-  
 ctionem dei, tanquam ab ea moti, mandata dei serua-  
 re, iuxta illud: Si quis diligit me, sermonem meū ser-  
 uabit, & laudare ac benedicere deum, vt vitam æternā  
 consequamur, id est, vt ad illum statum beatitu-  
 dinis perueniamus, vbi perfecte & continue deum  
 (prout a nobis est diligibilis) diligamus. Possumus  
 enim licite vnum effectum dilectionis in alium refer-  
 re, scilicet minus bonum in melius, non tamen sisten-  
 do in aliquo ipforum, sed omnes finaliter in deum  
 referendo. Et quia æterna beatitudo est multo meli-  
 or q̄ sint ieiunia, elemosyna, oratio, cōtēplatio, &c.  
 ergo licite possumus omnia illa & similia propter vi-  
 tam æternam facere, & ad eam referre, sed non ibi

Iohan. 14.



quiescere finaliter, vt ibi, id est, in æterna vita, nobis bene sit. Hæc enim esset peruersitas grauis, sed nos & æternam vitam & omnia debemus referre in deũ, & gloriam eius. Prædicta tamen dilectio intelligenda est & accipienda tanquam charitate informata, quæ est habitus quidam infusus cum gratia gratum faciente, sine qua impossibile est esse meritũ. Dilectio generale est nomen, & deriuatur ad multas dilectiões. Ea vero qua deus diligitur & proximus meritorie, charitas nominatur.

**Quantum dilexerit beata Magdalena:  
& quomodo eandem debeamus imitari.**  
Exhortatio V.

**R**emittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luca 7. Constat charissimi hanc mulierem multa comisisse peccata, quæ ei narratur remissa. Propterea sancti patres eam solenniter venerari sanxerunt in ordine nostro, vt eius exemplo ad spem veniæ, ad veram perfectamq; contritionem, ad pœnitentiam in solitudine, in silentio, in abstinentia & sobrietate, ad vitam contemplatiuã, & tandem ad feruentem Christi amorem prouocemur. Quam vt facilius imitemur, per eandem quam ingressa est, viam ingrediamur. Hæc est via dilectionis. Dilectio eam ad omnia quæ fecit prouocauit, dilectio remissionem peccatorum impetrauit. Testatur hoc dominus Iesus, dicens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Alia quæ egit, huius dilectionis signa extiterunt: Quia (vt inquit Hieronymus) nihil amantibus durum, nihil difficile. Sed teste Gregorio, magna operatur amor vbi est. Ergo omnia illa quæ in sacro euangelio, vel in historijs de hac muliere narrantur, ex dilectione prodierunt. Imitemur

Luca. 7

Hierony.  
Gregorius

feruentem huius mulieris dilectionem, & non erit  
 tædiosum penitentiam agere, nec difficile veniā im-  
 petrare. Quod tædium, tepor & murmur nos vexāt  
 ex modica dilectione oritur. Vitrum enim quod in  
 paruo igne ponitur, frangitur, quod tamē in magno  
 igne consolidatur. Sic ignis diuini amoris (quem do-  
 minus Iesus misit in terram, & voluit vehementer  
 accendi) si fuerit magnus, consolidat & corroborat  
 hominem in bonis operibus, etiam vsq; ad gaudēter  
 susceptum martyrium. Si fuerit paruus, talis homo  
 frangitur tædio, distrahit in oratione, tepescit in ope-  
 ratione, ieiunat cum attediatione, obedit cum mur-  
 muratione. Beata vero Maria Magdalena fortissime  
 deum dilexit, & eius dilectio potest comparari sex re-  
 bus fortissimis, quibus dilectio perfectorum per vs-  
 toriam in Canticis Canticorū exprimitur: Fortis  
 (inquit ibidem Salomon) est vt mors dilectio, dura  
 sicut infernus æmulatio: lampades eius lampades is-  
 gnis atq; flammaram. Aquæ multæ non poterūt ex-  
 tinguere charitatem, nec flumina obruēt illam. Si de-  
 derit homo omnem substantiam domus suæ, dile-  
 ctione, quasi nihil despiciet eam. Ecce sex fortissima  
 scilicet mors, æmulatio, ignis, aquæ, flumina, substan-  
 tia temporalis, quæ omnia superata sunt & victa per  
 dilectionem, vel charitatem sanctorum. Quia de di-  
 gnitatibus deijci, verberibus affligi, substantijs nuda-  
 ri, erat ipsis gaudium, & mori pro Christo erat eis tā-  
 quam lucrum & in desiderio. Dilectio igitur sanctorū  
 est omnium fortissimorum fortissima. Talis erat dile-  
 ctio beatæ huius mulieris. Erat ergo dilectio eius sic-  
 ut mors fortis, quāquam fortior. Fortis, quia sicut  
 mors separat ea quæ fortissime sunt coniuncta, ita di-  
 lectio beatæ Magdalenæ, qua dominum Iesum diles-  
 xit, separauit ab ea omnem carnalem & secularem,  
 omnem quoq; illicitum amorem, cui erat fortissime  
 colligata, Ideo mundum & omnia in eo contenta, res

Lucæ 12

Cantico. 8



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

possessiones, amicos, voluptates & similia cuncta reliquit, & eremum triginta annis inhabitauit in oim rerum penuria, & sine vlla humana consolatione. Eremus notura in qua professionem fecimus, & quā inhabitamus, satis delicata est fratres mei, solitudo satis socialis, silentium satis affabile, & humane carnalesq; consolationes intantum exuberant, quod spirituales locum non inueniunt. Beata vero Maria Mag. in nullo cōsolari voluit, nisi in solo deo: & ideo vnde, diuinas consolationes abūcātissime inuenit. Vnde poterat dicere illud Psalm. Renuit cōsolari anima mea, scz in vlla creatura. Memor fui dei & delectata sum, & exercitata sum & defecit spūs meus. Et illud in alio Psal. Inflammātū est cor meū, & renes mei cōmutati sunt, & ego ad nihilū redacta sum, & nesciui. Ex q̄ renuit cōsolari in vlla creatura, renes eius cōmutati sunt, i. voluptates. In renibus em̄ viget luxuria, quæ est omnium carnalium voluptatum voluptuosior. Idcirco per renes denotantur (tanquam à principali) omnes voluptates, sicut etiam in scripturis sacris per panem innuitur omnis cibus. Commutauerat ergo nostra Magdalena renes suos, id est, voluptates, & obtulerat in pœnitentia cum adipe deuotionis deo in sacrificium renunculos suos, secundū figuram scripturarum. Eapropter exercitabatur in lege domini die ac nocte, memor dei amati sui, & inflammātum est cor eius amore illius, & delectata est in eo aīa eius castissimis voluptatibus, donec deficeret spūs eius, & ad nihilū redigere. Dicit aut̄ spūs deficere, qm̄ amore vn̄i deo: non q̄ suū esse naturale amittat, aut in esse ideale qd̄ habuit æternaliter in deo transeat, sed q̄ mens amantis, nec circa seipsam, nec circa q̄dcuncq; creatū aliquē actum exercet, sed solū deo vacans, eidē per coniunctionē affectus spūalis adherens, vnus cū eo spūs, tali modo efficit, & potius à spiritu dei, q̄ à proprio spū agit, vt Apost. testatur. Et

Psalm. 76

Psalm. 72

Leuitic. 3

Psalm. 1

1. Cor. 6

Roma. 8

tunc amans (vt Bonau. dicit) non agit scdm propriã formã, sed scdm formã. i. voluntatẽ amati, participãdo proprietatẽ amati, iuxta illud Aug. Aia verius est vbi amat (vz scdm vires superiores, intelligendo, volẽdo & remiscẽdo) q̃ vbi animat, i. vitã p̃stat, secundũ vires inferiores. Ad dñf̃ ̃o in Psãl. Et nesciui q̃a hic amãdi modus, oẽm humanã & naturalẽ transcẽdit cognitionẽ. Nã q̃ amat deus, posuit tenebras labulũ suũ, ad quas iuxta sententiã Hug. de S. Victore sæpe amor intrat, vbi cognitio foris stat. Ecce mors spũalis. i. dilectio q̃ separauerat a B. Maria Mag. illicitũ amorẽ in hac vita, ad quantã felicitatẽ eandẽ pduxit etiã in hac vita. Imitemur propositũ nobis exemplar, in eremo, in solitudine constituti, imo in domo pharisæi, q̃a in hac domo conuersatione diuisi sum⁹ a secularibus hominibus. In hac domo quidẽ Chr̃m habemus, tractamus, & si voluerimus eius pedes lacrymis irrigare & cætera pietatis & religionis obsequia impedere, possumus. ¶ Secũdo erat dilectio fortis sicut æmulatio. Aemulatio em̃ impioꝝ in p̃sequutionibus cõtra sc̃tõs erat dura sicut infern⁹. Sed fortior & durior erat dilectio sanctorũ, q̃ vicerũt oĩa tormẽta. Dilectio Mariæ Mag. indurata erat in Christo dilecto. Et sicut infernus tenet aĩas inamissibiliter, ita tenet Chr̃m dilectio Mag. inseparabiliter. Ambulantẽ Chr̃m seq̃bat, indigẽtẽ Chr̃m alebat, ad sedẽtis pedes sedebat, vescenti a stabat: & vt plene reficeret, caput & pedes p̃ciosissimo vnguento vel liquore infundebat, in morte cũ p̃ia matre Iesu sub cruce stabat, & mortuo vnguentũ p̃parabat. Impleuit ergo qd̃ dicit in Foruerb. Omni tempore diligit q̃ amicus est, & frater in angustijs comprobatur. ¶ Tertio, dilectio beatæ Mariæ Magdalenæ erat fortis sicut ignis in consumendo & accendendo: Deus em̃ ignis consumens est inqt̃ A post. q̃a ipsa increata charitas manẽs, creat in angelis & hominibus charitatem, per quam con-

Bonaue.  
Augustin.

Psal. 17  
Hugo. Vi.

Lucã. 10

Iohan. 12  
Lucu. 13  
Marc. 16  
Prouer. 17

Deuter. 4  
Hebr. 12



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- sumitur rubigo peccatorum in hominibus, & angelos & homines quos dignatur in amorem. sui accendit & inflammat. Hinc sancti angeli lapides igniti & supremi seraphin, quasi ardentes nominantur, & ad homines ignem misit in terram, & voluit vehemēter accendi. Hic ignis in pœnitente Magdalena quantum flagrauerit, quantumue operatus fuerit in consumendo peccatorem rubiginem, veritas ipsa testatur, quādo dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Nec solū crimina absumpsit, quinimō cor eius ad meditandum de deo, & ad amandum eū super omnia accendit, vt dicere posset: In meditatione mea exardescet ignis: quando scilicet recordabatur meditādo dulcedinem verborum Iesu, vitam, actus & miracula quæ fecit. Exarsit plane ignis ille, qui nunquam dicit sufficit. Amor enim diuinus nunquā dicit sufficit, quia est sine modo. Hinc est quod præcipimus deum diligere ex toto, nihil relinquētes in corde, hoc est, in affectu, & volūtate, nec in mente, id est, intellectu, nec in anima scilicet sensitua, id est, sensibus, nec in virtute, vel fortitudine, id est, in operationibus, quin omnia tendant in amorem dei. Hæc totalitas in scripturis, sæpissime recensetur. Confitebor tibi in toto corde meo. In toto corde meo exquisiuite, &cæt. Fratres mei imitemur nostram Magdalēnā diligendo omni tempore in prosperis & aduersis, & ex toto. O quā felices essemus, si ex toto diligeremus deum, ipsi totaliter conformes effecti. O quanta dignatus est præcipere & obligare nos ad totalem dilectionem, vt amori ab omnibus caducis rebus & vilissimis, preciosissimæ diuinitati copularemur. O ingratitude nostra, o negligentia nostra, o infelicitas nostra.
- ¶ Quarto, dilectio Magdalēnæ nostræ comparatur aquæ in extinguendo. Vnde in Ecclesiastico scriptū est: Ignem ardentem extinguit aqua. Sic dilectio Ma
- Luca 12  
Luca 7  
Psalm. 38  
Proue. 30  
Deuter. 6  
Matth. 22  
Marci. 12  
Luca 10  
Psal. 9. 85  
110. 137  
Psalm. 118  
Ecclesia. 3

Magdalene, nedum separavit amorem illicitum in ea, (vt supra dictum est) sed totaliter extinxit, sicut probat sanctissima vita eius, & felicissimus exitus.

**¶** Quinto, dilectio Magdalene nostrae comparatur flumini in obruendo. Quia dicitur apud **Matth. 7**

Venerunt flumina, & venti flauerunt & irruerunt in domum illam, & cecidit. Sic dilectio dei, quasi flumen irruit in domum peccatricis huius & cecidit, & facta est ruina eius magna, quia totaliter peccata dimisit, & erexit domum dei: quia qui diligit me ait dominus Iesus, sermoem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, quasi in domo scilicet. Fratres mei, cadat per dilectionem dei in nobis domus vitioꝝ, & erigatur domus virtutum, in qua deus habitare dignetur.

**¶** Sexto, dilectio nostrae Magdalene comparatur philosopho, in appetendo, quae secundum **Philosop.**

substantiae temporali, in appetendo, quae secundum Philosophum, crescit in infinitum. Sic dilectio eius contempnit temporalia, & dilectio aeternorum creuit sine termino. Sic nos fratres omnia contempnamus, & sine modo & termino deum diligamus, & oremus cum beato **Augustino**: Vnum precor a te domine, vt in nullo permittas me consolari quam in te, omnia amare rescant, vt tu solus mihi dulcescas, omnia mihi mors tua sint, vt tibi viuam.

**¶** Inter vitam actiuam & contemplatiuam discrimen quale. **Exhor. VI.**



**M**aria optimam partem elegit. **Luc. 10.**  
 Ex verbis domini manifeste habemus, quod sunt duae partes humanae vitae: Quarum vna turbatur, eo quod occupatur circa multa. Altera quiescit, eo quod vni in tendit necessario, ad quod humana vita finaliter creata est, quod est prima incommutabilis veritas, in cuius cognitione & amore consistit ve



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

August.

ra felicitas. Has partes catholici doctores appellant primam vitam actiuam, figuratam per Martham. Secundam vitam contemplatiuam, significatam p Mariam. Beatus Augustinus ponit tertiam, ex vtraque compositam. Sed hoc non contrariatur primæ distinctioni, quia illa tertia virtualiter continetur in duabus, ex quibus est composita. Et quando plus habet de contemplatiua, tunc comprehenditur sub contemplatiua vita. Quando verò plus habet de actiua vita, comprehenditur sub actiua. Non est enim aliqua humana vita in aliquo homine, quæ ita sit cõtemplatiua, quòd nihil habeat de actiua, vel econuerso. Quando vero id quòd spectat ad vitam actiuam ordinatur in vita humana ad vitam contemplatiuam tanquam ad finem, tunc comprehenditur in vita contemplatiua, & econuerso. Omne enim quod ordinatur ad aliud sicut ad finem, trahitur ad speciem eius ad quod ordinatur, sicut ille qui mœchatur ut furetur, magis dicitur fur quàm mœchus, secundum Philosophum quinto Ethicorum. Et qui obedit ut præficiatur cæteris, magis est ambitiosus quàm obediens. Sufficiens ergo vita humana diuiditur, quæ in duas partes, auctore domino Iesu, diuiditur. Vita autem humana est rationalis & intellectiua, quæ homini proprie conuenit secundam naturam, per quam etiam ab alijs creaturis secernitur, quanquam vim in se anima rationalis habeat, per quam vitam sensitiuam cum brutis, & vegetatiuam cum plantis etiam possideat. Quia ergo quidam hoies per intellectum præcipue intendunt contemplationi veritatis, tanquam fini, quidam vero intendunt principaliter exterioribus actionibus, diuersa in his viuendi modis hoies nomina sortiuntur. Quidam dicuntur contemplatiui, ut Carthusienses, quorum omnia studia tendunt ad cognitionem veritatis, tanquam ad finem. Quidam dicuntur actiui, quæ cuncta sua studia dirigunt ad bonos actus,

quorū tamen finalis & vltimatus finis est deus. Sancta Maria Magdalena elegit inter has partes, attestāte domino Iesu, meliorem, imo optimam. Diligenti ergo indagine inquirendum est nobis, quæ pars sit optima, vt insequendo patronam ordinis, piā Magdalenam, eam obtinere valeamus. Discutiamus ergo breuiter præfatas duas vitas, id est, modos viuēdi, actiuam scilicet & contemplatiuam, vt sciamus bonitatem earundem. Ambæ enim sunt bonæ & sanctæ, nulla mala. Actiua vita est occupatio intellectus practici circa actus virtutum moralium. Vnde Isidorus in libro de summo bono dicit: In actiua vita prius per exercitium boni operis cūcta exhaurienda sunt vitia, vt in contemplatiua iam puramentis acie ad contemplandum deum quisque pertranseat. Sed manifestum est quod exhauritio vitiatorum non fit, secundum vitam humanam, nisi per actus virtutum moralium. Quapropter omnes actus virtutum moralium pertinent ad vitam actiuā. De quibus actibus loquitur beatus Iacobus: Religio inquit, munda & immaculata apud deum & patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. quia enim dixerat factorem operis beatum, nunc quæ facta maxime placeant dicit, scilicet misericordia & innocentia. Nam in eo quod pupillos & viduas visitare iussit, cūcta quæ erga proximum agere debemus, insinuat. Quod immaculatos nos a seculo iubet custodire, vniuersa in quibus nos castos obseruare decet, ostendit. In quibus sunt & ea quæ ante hæc obseruare monuit, vt tardi ad loquendum, tardi ad iram. Et dominus in euangelio: Dare, inquit, elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ex quibus omnibus elicimus, quod per ea quæ vel proximis, vel nobis ipsis ex charitate impēdimus in actibus virtutū moralium in quibus

Actiua vita  
Isidorus.

Iaco. i.

Luc. ii.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

præcipui sunt, misericordia ad proximum, & suis peccatis custodia) mundamur à vitijs. Concluditur ergo, quod omnes actus virtutum moralium pertinent ad vitam actiuam. Ordinantur enim principaliter ad operandum, & non ad contemplandum. Vnde Philosophus dicit secundo Ethicorum: quod ad virtutem quidem scire parum aut nihil prodest, imò obest plurimum: quia iuxta dictum Saluatoris nostri, sciens voluntatem domini seruus, & non faciens, vapulabit multis. Et alibi: Non omnis qui dicit mihi domine domine, id est, cognoscens me dominum, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, hic intrabit in regnum cælorum. Hinc Apostolus Iacobus: Estote inquit, factores verbi, & non auditores tantum, quia factor operis beatus in facto suo erit. Actus ergo virtutum moralium essentialiter pertinent ad vitam actiuam. Ad actiuam quæ vitam continent omnia hæc præcepta decalogi: Vnum crede deum, nec iures vane per ipsum, Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes. Non sis occisor, fur, mæchus, testis iniquus. Alterius nuptram, nec rem cupias alienam. Item: Omnia quæ præceperint vobis facite. Item: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum. Item: Obedite præpositis vestris. Item: Estote misericordes. Et omnia quæ de humilitate, obedientia, sobrietate, castitate, paupertate, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, patientia, & omnibus alijs virtutibus præcipiuntur. (Præcepta enim dantur de actibus virtutum) ad actiuam vitam pertinent. Ex hoc itaque cognoscitur bonitas actiuæ vitæ, & quæ grata sit deo, quia mudat & exornat hominem, & regno cælesti dignum efficit. Et hæc pauca de ea pro tempore isto, dicta sufficiant. ¶ Contemplatiua vita, est occupatio intellectus contemplatiui, tendens ex motu voluntatis in cōtēplationē primæ veritatis, i. dei, propter

Philoso.  
Lucæ, 12

Matt. 7

Iaco. 1

Matt. 23

1. Pet. 2

Heb. 13.

Luc. 6.

Contēplatiua vita  
quæ,

amorem contemplati. Vita enim contemplatiua illo-  
 rum est, qui principaliter intendunt contemplationi  
 veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, quia  
 intentio est de fine, qui est voluntatis obiectum. Et  
 ideo vita contemplatiua quantum ad ipsam essentia  
 actionis pertinet ad intellectum: quantum autem ad  
 id quod mouet ad exercendam talem operationem,  
 pertinet ad voluntatem, quæ mouet omnes alias po-  
 tentias, & etiam intellectum ad suum actum. Et ideo  
 actus omnium potentiarum, siue sit intellectus, siue  
 sint sensitiuæ vires, nec boni sunt nec mali quoad me-  
 ritum, nisi in quantum mouentur à voluntate. Vos  
 luntas vero quandoque mouet intellectum vt intelli-  
 gat, solum propter amorem cognitionis, quam quis  
 ex inspectione consequitur. Et hæc est speculatio  
 philosophorum, & quædam curiositas sciendi, quæ  
 non est digna nomine appellari contemplationis.  
 Quandoque vero voluntas mouet intellectum ad ac-  
 tum intelligendi, propter amorē rei intellectæ, quæ  
 dicit Matthæus: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor  
 tuum. Et si res intellecta & amata fuerit deus, ille ta-  
 lis actus est proprie & vnicus actus vitæ contempla-  
 tiuæ. Propterea beatus Gregorius constituit vitam  
 contemplatiuam in charitate dei, in quantum scilicet  
 aliquis ex dilectione dei inardescit in eius pulchri-  
 tudinem conspiciendam. Vnde dicit super Ezechiel-  
 elem: Contemplatiua vita est, charitatem dei &  
 proximi tota mente retinere, & soli desiderio condi-  
 toris inhærere. Idem ibidem. Vita contemplatiua  
 calcatis curis omnibus, ad videndā faciē sui creato-  
 ris inardescit, quæ vnusquisque delectat cū adeptus fuerit  
 id quod amat, ideo vita cōtēplatiua terminat ad delecta-  
 tiōem, quæ est in affectu: ex quæ etiā amor intēdit. Vnde  
 Gre. ibidē: Cōtēplatiua, inquit, vita amabilis valde dul-  
 cedo est. In libro quæ Sapientia habet: Nō habet amaritudi-  
 dinē cōuersatio illius nec tēdiū cōiunctus eius, sed lētitiā

Matthæ.

Grego.

Grego.

Sapi. 8.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

& gaudium. Contemplatio veritatis competit homi-  
 ni secundum suam naturam, prout est animal ratio-  
 nale. Ex quo contingit quod omnes homines natu-  
 raliter scire desiderant. Propterea contemplatio est  
 homini delectabilis: & adhuc magis fit delectabilis  
 habenti habitum sapientiæ & scientiæ. Ex quo acci-  
 dit quod sine difficultate aliquis contemplatur. Et  
 quia vita contemplatiua precipue consistit in contem-  
 platione rei summe amabilis, (scilicet ipsius dei ad  
 quam mouet charitas) idcirco est summe delectabi-  
 lis ratione diuini amoris. Et hæc delectatio omnem  
 delectationem humanam excedit. Quia delectatio  
 spiritalis potior est carnali, & ipse amor (quo ex  
 charitate diligitur deus) omnem amorem excedit.  
 Vnde dicitur in Psalmo: Gustate & videte, quoniã  
 suauis est dominus. Quod autem contemplatiua vis  
 ra consistat in solius deitatis contemplatione, & nõ  
 in consideratione cuiuscunque veritatis, patet per  
 sanctum Gregorium in sexto Moralium dicentem:  
 In contemplatione principium quod est deus, quæri-  
 tur. Vbi notandum quod ad vitam contemplatiuam  
 pertinet aliquid dupliciter. Vno modo principaliter  
 Alio modo secundario vel dispositiue. Principaliter  
 quidem ad vitam contemplatiuam pertinet contem-  
 platio D I V I N A E veritatis. Quia hu-  
 iusmodi contemplatio est finis totius humanæ vi-  
 tæ. Vnde Augustinus dicit in primo libro de Tris-  
 nitate, quod contemplatio dei promittitur nobis acti-  
 onum oim finis, atq; æterna pfectio gaudiorũ. Quæ  
 quædem in futura vita erit pfecta. Vñ videbimus eum  
 facie ad faciẽ, & pfectos beatos faciet. Nũc autẽ contẽ-  
 platio diuinæ veritatis cõpetit nobis impfecte, vcz  
 p speculũ & in enigmate. Vñ p eã fit nobis quãdam in-  
 choatio beatitudinis, quæ hic incipit, vt in futuro cõ-  
 tinuetur. Vñ & Philo. 10. Ethico. in contẽplatione  
 optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatem hois

Psal. 33.

Grego.

August.

2. Cor. 13

Ibidem

Philoso.

Sed quia per diuinos effectus in dei contemplationē manu ducimur, secundum illud Apostoli, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, inde est quod etiam contemplatio diuinorum effectuum secundario ad vitam contemplatiuam pertinet prout sc; ex hoc manuducitur homo in dei cognitionem. Vnde Augustinus dicit in libro de vera religione, quod in creaturarum consideratione non vana & peritura curiositas est exercenda, sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus. Quatuor ergo ad vitam contemplatiuam pertinent. Primo virtutes morales, in quantum impediunt vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus. Et sic dispositiue pertinent ad vitam contemplatiuam. Secundo, alij actus præter contemplationem, scilicet acceptio principiorum, & eorundem deductio, & similia, de quibus iam non est dicendum per singula. Tertio contemplatio diuinorum effectuum. i. creaturarum. Quartum vero contemplatiuum est ipsa contemplatio diuinæ veritatis in speculo & in ænigmate, vel in raptu, secundum quem contemplans medio modo se habet inter statum præsentis vitæ & futuræ: sed non potest videre deum per essentiã. Vnde Gregorius dicit sup Ezechielē. Quam diu in hac mortali carne viuatur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipso incumscripti luminis radio, mentis oculos infigat. Tamen (teste eodem ibidem) contemplatiua vita hic incipit, vt in cælesti patria perficiatur. Et tantum sit dictum de vita contemplatiua. ¶ Nunc breuissime concludamus ex comparatione vtriusque vitæ, quod contemplatiua sit melior actiua: Primo, quia dominus Iesus patris sapiëntia, veritas æterna dixit: Maria optimam partem elegit. Per Mariã & actum eius, contemplatiua vita designat: ergo illa est melior quæ actiua per Marthã designata. Est enim durabilior, quia æterna: est principalis, quia actiua est

Roma. 1

August.

1. Cor. 13

Grego.

1. Cor. 1  
Luc. 10



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

propter eam. Et sunt similes rationes multæ. Mariæ ergo optimam partem elegit.

**De reparatione hominis lapsi, virtutibusque infusus & acquisitis.**  
Exhortatio. VII.



Mnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Psalmo. 13. & 52. Charissimi fratres hodierna solēnitate nedum honoratur beata Maria Magdalena, sed etiam culpatur, quoniam peccatrix appellatur. Verum non solum illa, sed omnes etiam nos ipsi hic sedentes (secundum verba Psalmi allegati) peccatores sumus, declinauimus & inutiles facti sumus. Item testatur Isaias: Omnes, inquit, nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit.

Isaiæ 53

Posita vero est ipsa beata Maria Magdalena nobis specialiter & communiter omnibus in exemplum, vt sicut ipsa per dei gratiam erecta est & utilis effecta sibi & alijs agendo penitentiam, ita quoq; nos faciamus. Quomodo vero hoc fieri debet, volo dicere in generali, ostendendo quare omnis homo indigeat ope gratiæ. Omnes de illa traduce venimus, inquit sanctus Augustinus, de qua gemit Dauid, dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Quare hoc? Quia amisimus originale iustitiam humano generi concessam. Homo quippe in natura rationali conditus, & ad super-nale bonum, id est, ad diuinæ naturæ participationē ordinatus, per originale iustitiam habebat inferiores vires subiectas rationi. Ratio vero a deo perficitur ei subiecta. Verum per peccatum primi parentis hæc iustitia originalis subtracta est. Et ideo omnes

Augustin.  
Psal. 50

vires animæ proprio ordine (quo naturaliter ordinatur ad virtutes) remanent quodammodo destitutæ. Et ipsa destitutio, vulneratio naturæ dicitur. Hæc autem vulneratio ad intima essentiamque animæ pertinet, gens omnes vires eius destituit, & hominem inutilem fecit, iuxta illud Psalmi: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Considerare nunc debemus quam multimoda gratia atque virtute huic destituto & inutili homini opus sit, quo restitutus operetur ea quæ secundum naturam suam sunt, & ea quæ naturam suam excedunt. Primo, sicut omnes creaturæ, homo indiget virtute diuina in omnibus eum mouente. Quicquid enim mouetur, ab alio mouetur. Nam ad motum non solum requiritur ipsa forma, quæ est principium motus vel actionis, sed etiam requiritur motio primi mouentis. Omnes autem motus tam corporales quam spirituales, reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est deus. Et ideo quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in actum suum procedere, nisi moueatur à deo. Ecce quam præsens est nobis deus in omnibus, ut neque digitum moueamus, neque oculum claudamus, absque eo intimissime nos intuente. Eapropter dicit Boetius: Indicta est vobis magna probitatis necessitas, si dissimulare non vultis, quia omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. In eo enim viuimus, mouemur & sumus.

¶ Secundo indiget homo virtute, id est, gratia diuina, quæ eum curet in iis quæ sunt ei secundum naturam. Quia tamen in statu naturæ integræ, quantum ad sufficientiam virtutis operatiuæ, poterat per suam naturam velle & operari bonum suæ nature proportionatum (quale est bonum virtutis acquisitæ) in statu tamen naturæ corruptæ, ut nunc est, etiam deficit ab hoc quod secundum suam naturam poterat, ut non possit totum huiusmodi bonum implere per suam

Psal. 13. 52

Boetius.  
prosa. 6 li.  
5. consola.  
philoph.

Actu. 17



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

naturalia, ita vt in nullo deficiat, Potest tamen aliquid bonum particulare agere, quia natura eius non est ex toto corrupta. Hoc ducebat philosophos in magnam admirationem, quia ratio distabat bonum faciendum, & deficiebat ad perficiendum, ignorantes naturæ corruptionem per Adam factam.

¶ Tertio indiget homo virtute & gratia diuina in illis quæ sunt supra naturam suam, hoc est, ad promerendam vitam æternam. Actus enim perducentes ad finem oportet fini esse proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principij actiui. Puer enim non potest, quod potest vir fortis. Vita vero æterna est finis excedens proportionem humanæ naturæ. Concluditur ergo, hominem per sua naturalia non posse producere opera meritoria vitæ æternæ, quia opus est ad hoc altiore virtute, & hæc est virtus gratiæ. Perspicuum est igitur non posse hominem sine gratia mereri vitam æternam. Hac autem gratuita virtute superaddita virtuti naturæ indiget in statu naturæ integræ (qualis nunc non est) ad vnum dumtaxat, scilicet ad volendum & operandum bonum super naturale. In statu vero naturæ corruptæ (qualis nunc est) quantum ad duo, videlicet vt sanetur, ac deinde vt bonum virtutis supernaturalis operetur, quod est meritorium. Oportuit ergo beatam Mariam Magdalenam, & nos omnes si debemus post declinationem nostram vtiles fieri ad promerendum ea quæ supra naturam sunt, scilicet gratiam & gloriam, & corrigamur per communem gratiam, scilicet gratum facientem, vt sanemur à vulnere peccati primorum parentum, & à vulneribus propriorum delictorum. Et hæc gratia datur à deo. Est enim gratia super naturale quoddam habituale donum, homini à deo infusum, secundum quod donum suauiter & prompte ab ipso deo mouetur ad bonum æternum consequendum, quemadmodum & res naturales à deo motæ ad bonum naturale habent.

Gratia qd.

dum, formas aliquas & virtutes habent, q̄ sunt prin-  
 cipia actuum, vt sc̄dm seipsas inclinentur in huius-  
 modi motus, vt sic motus, quibus à deo mouentur,  
 fiant creaturis ipsis seu naturalibus connaturales &  
 faciles, iuxta illud Sap. Disponit om̄ia suauiter. Istud  
 donum gratiæ constituit hominem in naturam diui-  
 nam participatam, secundū q̄ virtutes infusę ipsum  
 sc̄z hominem, disponunt, appellatq̄; participatio ista  
 lumen gratiæ. Sicut em̄ lumen naturale rationis est  
 aliquid p̄ter virtutes acquisitas, q̄ dicuntur in ordine  
 ad ipsum lumen naturale, ita etiam lumen gratiæ, q̄d  
 est participatio diuinæ naturæ, secundum quod dicit  
 B. Petrus, maxima & p̄ciosa vobis promissa donauit  
 vt per hoc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ, sc̄dm  
 q̄ etiam regeneramur in filios dei, est aliquid præter  
 virtutes infusas, q̄ à lumine illo deriuantur, & ad il-  
 lud lumen ordinant̄. Sicut enim virtutes acquisitæ  
 perficiunt hominem ad ambulandum, secundum q̄  
 congruit lumini naturali rationis, ita virtutes infu-  
 sę perficiunt hoīem ad ambulandū, secundum q̄ cō-  
 gruit lumini gratiæ. Quapropter sicut gratia est pri-  
 or virtute, ita habet subiectum prius potentijs animę  
 q̄ sunt, pp̄ria subiecta virtutū, ita q̄ sit in essentia ani-  
 mæ. Sicut enim per potentiam intellectuam homo  
 participat cognitionē diuinam per virtutem fidei, &  
 sc̄dm potentiam voluntatis amorem diuinū p̄ virtu-  
 tem charitatis, ita etiā per naturā animæ participat  
 secundum quendam similitudinem naturam diuinā  
 p̄ quandā regenerationē siue recreationē. Dictum est  
 aut̄ supra, q̄ per peccatum anima vulnerata est, quæ  
 vulneratio pertingit vsq̄; ad intima & essentiā eius.  
 Idcirco vt sanet̄, essentię animæ gratia diuina infun-  
 ditur, & in altiore naturam transformatur, hoc est  
 diuinam per participationem. Hoc em̄ per gratiā con-  
 grue fit, q̄a gratia nobilior est, q̄ natura animæ in-  
 quantū est impressio vel p̄cipatio diuinę bonitatis.

Sapient. 8

1. Petri. 2



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Non est tamen nobilior quantum ad modum essendi, cum natura animę substantia, gratia vero accidēs sit. Dixi etiam in superioribus, omnes animę vires per peccatum manere quodammodo proprio ordine destitutas, Et ideo indigent virtutibus, quę a gratia deriuantur ad cognoscendum, volendum & operandum bonum, non tantum secundum proportionem humanę naturę, verum etiam ad bonum excelsens proportionem hanc, quod est meritorium vitę æternę. Vnde ponitur in intellectu virtus fidei, quę est de credendis, quę humano non perspiciuntur in intellectu, nec ratione indagantur. Quę ita diffiniri potest: Fides est habitus mētis qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Virtus spei ponitur in voluntate, & est secundum Magistrum sententiarum, certa expectatio futurę beatitudinis, veniens ex dei gratia, & ex meritis præcedentibus. Virtus vero charitatis ponitur similiter in voluntate, & affectione, in qua est amor. Est enim charitas amor quidam fundatus super communicationem æternę beatitudinis. Omnis quippe amor vel dilectio fundatur super aliquid quod amantibus est commune. Amor vero charitativus habet eternam beatitudinem, quę cōmunis est deo, angelis hominibusq; qui sunt in gratia dei. Et est secundum Magistrum, dilectio qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum, vel in deo. Augustinus vero sic ait: Charitatem voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum. Et hæ tres virtutes quantum ad habitum simul infunduntur, & sunt connexę ad inuicem secundum esse suum perfectum. Sed quando sunt fides & spes informes & sine gratia, tunc etiam sunt sine charitate. Cōnexę etiam sunt virtutes istę donis spiritus sancti. Quia qui habet charitatem, habet spiritum sanctum & dona eius, scilicet sapientiã intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem

Fidei diffinitio.

Spei diffinitio.

3. Sent. di. 26. parag.

Est autem Charitas quid.

3. Sent. di. 27. parag.

Charitas est.

Augustin.

ratem & timorem, per quæ homo redditur prompte  
 mobilis à deo. Ideo dicit Iohannes Apostolus: Sicut  
 vnctio docet vos de omnibus. His etiam virtutibus 1. Iohan. 2  
 theologicis connexæ sunt virtutes infusæ morales,  
 secundum esse suum perfectum, quia non possunt es-  
 se perfectæ perfectione in vltimum finem tendente  
 vel ducite, nisi sint cum fide, spe & charitate. Per the-  
 ologicas quippe virtutes, fidem, spem & charitatem  
 perficitur anima, in quantum per eas ordinatur in de-  
 um immediate. Per alias vero virtutes infusæ mora-  
 les videlicet & intellectuales, vt sunt prudentia, iusti-  
 tia, fortitudo, temperantia cum partibus suis perfici-  
 tur circa alias res, in ordine tamen ad deum. Sunt qp-  
 pe huiusmodi perfectæ virtutes simpliciter ad salutē  
 necessariæ, quas nominatim exprimere esset prolixū  
 nimis. De quibus vos singuli solliciti sitis, quia sine il-  
 lis non potest homo spiritualiter viuere, cū sine ipsis  
 (in quantum sunt acquisitæ) non potest homo viues-  
 re vt decet hominem viuere. Multum utiq; inter se  
 differunt virtutes morales & intellectuales infusæ  
 & acquisitæ. Nam illæ à deo infunduntur, istæ ex a-  
 ctibus frequētatis acquiruntur. Illæ perficiunt homi-  
 nem & disponunt ad supernaturalem beatitudinem,  
 vt viuat secundum deum: istæ vero disponunt & p-  
 ficiunt eum ad beatitudinem sibi cōnaturalem, vt vt  
 uat secundum dictamen rectæ rationis. Illæ corrup-  
 puntur per vnum actum peccati mortalis: istæ non  
 corrumpuntur per vnum actum contrarium. Il-  
 læ per actus suos merentur vitam æternam: istæ non  
 nisi gratia comite. Verum licet inter se multum disse-  
 rant, sunt tamen circa eādem materiam, & in eodem  
 subiecto, & eisdem nominibus exprimuntur, & eo-  
 dem modo diffiniuntur, caduntq; sub præcepto: quia  
 præcepta dantur de actibus virtutum, tenetur enim  
 homo secundum naturam viuere, id est, secundum  
 dictamen rectæ rationis. Per has virtutes, maximeq;



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Beda.

per infusas curantur vulnera naturæ per peccatum inflicta, quæ (teste venerabili Beda) sunt ignorantia curaturq; per prudentia: malitia, & curatur per iustitiam: infirmitas, curaturque per fortitudinem: concupiscentia, & per temperantiam curatur. Reparata vero sanitate, iam incipiunt animo sapere fructus sui, id est, opera secundum rationem, vel ex dono spiritus sancti facta, & sic peruenitur ad beatitudines, quæ gustantur in hac vita cum iubilo, & recipiuntur in cælis, quo ad præmia, cum æterno gaudio. Hæc præscripta beatam Mariam Magdalenam declinatam in peccata erexerunt, & inutilem ad merita vtilem fecerunt, & ad æternam beatitudinem peruenerunt. Eius charissimi fratres exemplis prouocemur, eius orationibus adiuuemur, vt à peccatis per gratiam erecti, & per merita vtilis effecti, æterna gaudia statim post hanc vitam consequi mereamur.

## DE SANCTO BRVNONE initiatore ordinis Carthusiani.

### Titulus quartus.

¶ De virtutibus intellectualibus, moralibus ac theologicis, & quomodo ijs præditus fuerit beatus Bruno. Exhortatio I.



Imilabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Matthæi 7. Quæ verba licet de omni viro euangelico dominus Iesus dixerit, singulariter tamen de beato nostro patriarcha Brunone ea expressit, quem inter suos præelectos talem futurum infallibiliter præ

uidit. Quapropter ea voluit quotidiana frequentati  
 one in diuinis laudibus de ipso præ cæteris sanctis  
 decantari. Impossibile est enim illam antiphonã fuis  
 se impositam pro cõmemoratione sancti Brunonis  
 nisi de consilio diuino. Nihil enim fit in omni creatu  
 ra sine diuina voluntate mouente ( per quam facta  
 sunt omnia ) nec aliquid inesse perseverat. Quomodo  
 enim posset aliquid permanere ait Sapiens, nisi tu vo- **Sapien. 11**  
 luisses? In verbis igitur præfatis, beatus Bruno, à do  
 mino Iesu tripliciter commendatur: primo tâquam  
 vir, secundo tanquam sapiens, tertio tanquam ædifi  
 cans supra petram. Primo laudatur Bruno tanquam  
 vir. Vbi notandum, quod vir hic non accipitur pro  
 sexu virili ( de similito loquor ) alioqui fœminæ es  
 sent exclusæ à perfectione euangelica: sed accipitur  
 pro virili animo euangelicam perfectionem adim-  
 plente, quem innumeras fœminas induisse, & vsq; ad **Galat. 3**  
 mortem in exquisitis tormētis seruasse cognouimus  
 De quo loquitur Apostolus: Non est masculus, neq;  
 fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Ie- **Li. 28. c. 14**  
 su. Vnde in Moralibus Iob ait sanctus Gregorius:  
 Scriptura sacra viros vocare consuevit, qui nimis  
 vias domini fortibus & non dissolutis gressibus se- **Prouer. 8**  
 quuntur. Vnde & Sapientia in Prouerbijs dicit: O vi  
 ri ad vos clamito. Ac si aperte diceret: Ego non fœmi  
 nis, sed viris loquor, quia hi qui fluxa mente sunt,  
 mea verba percipere nequaquam possunt. Vbi mani-  
 feste indicat, quod vir & fœmina non pro sexu, sed  
 pro diuersa mente in sacro eloquio capiuntur. Dicit  
 etiam idem Gregorius. In scriptura sacra aliquando  
 viri angeli, aliquando autem perfectæ vitæ homi- **Li. 27. ca.**  
 nes memorantur. Homines quippe vtriusque sexus **7. mo.**  
 animum gerentes virilem, in hac vita perfectionem,  
 & in futura societatem sortiuntur angelicam. Id  
 circo nomine viri, angeli perfecti designantur. Viri  
 lis autem animus est, anima virtute formata.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS:

Augustin.  
Virtus.

Virtus autem est animæ summe necessaria, quia per eam potentia suæ disponuntur, & faciles redduntur ad actus per quos anima cōsequatur finem suum naturalem, & etiam supernaturalem. Est enim secundum Augustinum, virtus bona qualitas mentis, qua recte viuatur, qua nullus male vitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. Et ista definitio cōcernit solum virtutes infusas. Sed si tollatur vltima particula, scilicet quam deus in nobis sine nobis operatur tunc est communis omnibus virtutibus. Et Philosophus 2. Ethicorum: Virtus, inquit, est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Est igitur virtus qualitas quædam, quia est habitus per quem disponitur & inclinatur homo suauiter ad opus bonum, per quod suauiter veniat ad bonum finem. Quia propter in omni potentia animæ, quæ potest esse principium humanorum actuum, necessaria est virtus. Huiusmodi autem sunt voluntas & intellectus cum potentijs sibi subiectis. In voluntate enim sunt virtutes morales, in intellectu, vel ratione virtutes intellectuales. Et hæc acquiruntur per humanam industriam & actus frequentatos. Ideo dicuntur virtutes acquisitæ & tendunt ad finem naturalem hominis. Sed quia ad beatitudinem supernaturalem homo & conditus & vocatus est, deus sua liberalitate infundit essentiæ animæ gratiam gratum facientem, & consortem diuinæ naturæ participatiue efficientem. Potentiæ vero intellectiue fidem, voluntati spem & charitatem (per quas virtutes coniungitur deo) & cum his etiam infundit cæteras omnes virtutes, per quas ex charitate vel dilectione operetur, & tunc dicuntur virtutes infusæ. ¶ Virtus vero moralis diuiditur in quatuor virtutes cardinales & principales: Prima est prudentia, quæ est secundum Philosophos, recta ratio agibilibus. Quæ si nobis inesset, non ageremus opera non sira ita stolide, sicut frequenter agimus, seducti per er

Prudentia.

fores, vel passiones tristitiæ, timoris, gaudij, & cæterarum, quia in agendis non habemus, nec cognoscimus veram & rectam rationem agendorum. Inde red dimur anxij, vel turbulenti, vel scrupulosi, vel dissoluti, vel præsumptuosi, & alias in compositi.

¶ Secunda virtus dicitur iustitia, quæ est, secundum Iustitia.  
Iuris peritos, perpetua & constans voluntas, ius suum unicuique tribuens: scilicet deo, parentibus, superioribus, proximis & sibi ipsi.

¶ Tertia virtus dicitur fortitudo, quæ est, secundum Fortitudo  
Tullium, considerata periculorum susceptio & laborum permissio. Et importat firmitatem animi in sustinendis, & repellendis iis in quibus maxime difficile est firmitatem habere, scilicet in aliquibus periculis grauibus. Et propria est circa pericula mortis. Cicero.

¶ Quarta virtus dicitur temperantia, qua secundum Temperantia  
Isidorum libido & concupiscentia refrenatur, & est principaliter circa delectationes tactus, & secundario circa gustum, qui est quidam tactus, & circa delectationes aliorum sensuum. Ad istam virtutem spectat castitas contra omnem luxuriam, abstinentia contra abusum & excessum deliciarum cibi, sobrietas contra excessus in potu. Ad has principales virtutes omnes aliæ reducuntur. Quæ simul iunctæ, hominem utriusque sexus virum efficiunt. Talis erat sanctus pater Bruno, de quo testatur venerabilis Guigo in Legendenda sancti Hugonis Gratianopolitani, dicens: Ad est, inquit, Magister Bruno, vir religiosus, scientiaque famosus, honestatis & grauitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulacrum. Et in Chronica dicitur, morum honestate præfulgens. In eo quod dicit, vir religiosus, innuitur exercitium virtutum in diuinis. In eo vero quod appellat eum honestatis & aliorum simulacrum, manifeste declarat in eo virtutum omnium perfectionem. Simulacrum enim in exemplum ponitur, cui se debent alij imprimere & conformare.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Sapientia.** **Philosop.** Secundo sanctus Bruno commendatur à dño Iesu tanquam sapiens. Est autem sapientia virtus intellectualis, considerans altissimas causas (vt dicitur primo Metaphysices) secundum quas iudicat & ordinat de omnibus, quia iudicium perfectum & vniuersale haberi non potest, nisi per resolutionem ad primas causas: Et ab ea sicut à principalissimo dependent alix duæ virtutes intellectuales, scilicet intellectus qui est principiorum: & scientia, quæ est conclusionum, & eas diiudicat. Hæ virtutes non perficiunt hominem sed facultatem præbent ad bene operandum. Non enim homo est bonus eo quod sit doctus, sed quia est iustus. Quando tamen voluntas mouet intellectum ad suum actum, tunc virtutes intellectuales perficiunt hominem & sunt maximi meriti, quia tunc homo diligit deum ex toto corde, id est, voluntate, & ex tota mente, id est, intellectu. Hi sunt actus fidei, & caritas, quæ est actus iustitiæ, & sapientiæ consideratio. Ideo dicit Gregorius septimo Moralium, quod contemplatiua virtus est maioris meriti, quam actiua. Hanc virtutem habebat vir iste angelicus pater Bruno ipsum sanctificatorem. Vnde dicit in Chronica: Bruno vir sanctissimus & gemina scientia præditus, tam diuina scilicet quam humana. Est enim sapientia quedam scientia, in quantum habet id quod est commune omnibus scientiis, vt scilicet ex principiis conclusiones demonstraret: sed habet aliquid proprium super alias scientias, in quantum scilicet de omnibus iudicat: & non solum quantum ad conclusiones, sed etiam quantum ad prima principia. Habebat ergo hanc virtutem ex naturali dono industria, & labore: sed per amplius habebat sapientiam ex gratia gratis data, ex qua potuit non solum in seipso recte sapere, sed etiam alios instruere, & contradicentes reuincere. Gratia quippe illa datur ad aliorum vtilitatem, vt ait APOSTOLVS. Maxime autem habebat sapientiam ex dono spiritus

tus sancti, secundum quod donum mens eius erat bene mobilis, per spiritum sanctum ad ea quæ sunt sapientia.

¶ Tertio commendatur sanctus Bruno tanquam edificans supra petram. In hac similitudine accipitur sapientia pro arte. Aedificare enim est actus artis mechanicæ. Sic interdum ponitur ars pro sapientia, ut August. Non habet res dei, hoc est, sapientia dei, sed in similitate capitur sapientia proprie. Cum enim sapiens de omnibus iudicet, sapiens est qui iudicat & sapit, & omnia debet sapere & intelligere secundum fidem, & cæteras virtutes implere propter Christum & sic ædificat sibi domum supra petram, id est, Christum. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, inquit Apostolus, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. De hac spirituali domo habetur in epistolis Apostolorum Petri & Pauli. Hanc ædificavit sibi beatus Bruno. Unde dicitur in Chronica: Erat cælestium virtutum copioso thesauro ditatus ac dotatus, deo atque hominibus dilectus ac gratus. Aedificavit etiam domum materialem Carthusiæ supra petram. Quod similitudini euangelicæ correspondet ut per hoc intelligatur quod ordo Carthusianus fundatus sit per patrem Brunonem supra petram Christum: nec pluvia, nec fluminibus, nec ventis, id est, diversis tentationibus unquam mouendus, sed in perpetuum permanens. Itaque fratres charissimi, simus viri cordati, & imitatores patris nostri Brunonis, & nihil nobis sanctitatis ex fallacibus signis devotionis, genuflexionibus, orationibus, sensibili gratia, gemitibus & lachrymis ascribamus, per quæ multi decipiuntur, putantes se aliquid esse, cum nihil sint, nec terreamur propter diuersas occurrentes tentationes: quia virtus est (teste Philosopho) circa difficultima: nec metuamus, quia in virum euangelicum non cadit metus, sicut in virum constantem, sed confortati

August.

1 Cor. 3

1 Petri. 2

Hebræ. 3

Matth. 7

1. Cor. 4

Philosop.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

spiritu sancto edificemus ex veris virtutibus nobis domū, vt receptus Christus in ea hic à nobis, tandē dignetur nos meritis beati Brunonis recipere in domum suam non manufactam in cælis.

De amore purissimo, euangelico atq; perfecto, propter quem omnia sunt relinquenda.

Exhortatio. II.



Vi non renuntiat omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Lucæ 14. Ista sancti euangelij verba ex præcedentibus dependent, quæ in eodem loco leguntur. Ait enim Euangelista: Ibant autem turbæ multæ cū Iesu. Et conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Turbis loquebatur, quos efficere voluit discipulos suos: & hoc per odium parentum & aliorum. Non utique per odium peruersum, quo diabolus plenus est, & omnes qui diligunt iniquitatem, & odium animas suas: sed per odium rectum, quo deus plenus est, qui odit iniquitatem, & omnes qui iniquos odio habent & legē dei diligunt, pleni sunt. Omnibus enim imitatoribus Iesu lex ista immutabilis & indispensabilis atque perpetue durabilis imposita est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Idcirco tales odio habent, quicquid huic legi aduersatur, siue sint parentes, siue ceteri omnes, siue anima, id est, vita propria. Si enim vita propria conseruari nequeat sine præfata legis præuaricatione, potius ponem-

Pfalm. 10.

Pfalm. 118

Deut. 6.

Matt. 22.

Marc. 12

Luc. 10.

da est & relinquenda, tanquam odio habita, quàm conseruanda. Simili modo res. omnes possessæ relinquendæ sunt, si cum earundem possessione deus ex toto corde amari non poterit. Itaque dominus Iesus volentes ad suum discipulatum accedere monet, vt præcogitent, si hoc sanctum odium ad omnem rem pro amore sui seruare potuerint, ne res atq; labores sine mercede & optato sine impèdant, & illusioni pateant. Et ponit duo exempla, scilicet de ædificaturo turrim, & profecturo ad bellum. Quasi diceret: Sicut illi accessuri, siue ad ædificium turris, si ad prælium, præcogitant antequàm inchoent, si valebunt intentum perficere per subsidia quæ habent alioqui opera intermittunt, sic vos accessuri ad discipulatum meum, debetis præcogitare atq; pensare, si propter me velitis cuncta amata relinquere, antequam relinqueretis, alioq; melius est vos ad me non accedere. Hoc etiam testatur Beatus P E T R V S 2.Pet.2 in Canonica sua: Melius, inquit, erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Istud est mandatum relinquendi omnia pro amore dei, Sed posset aliquis dicere: Est nimis arduum, & quasi impossibile viuere cum vxore, & cum cæteris, & in tantis voluptatibus, honoribus atque fauoribus, in affluentia aut penuria rerum temporalium, in cura & sollicitudine, & alijs quæ viuenti in hoc mundo occurrunt, nunquam à perfecto dei amore declinare. Verum est hoc, & vltra quàm nos credere possumus periculosum est viuere in mundo, & labores maximi requiruntur ad resistendum concupiscentijs, & alijs quæ dei amori aduersantur. Idcirco adiungit dominus dicens: Qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse D I S C I P V L V S. Oportet ergo cum cruciatu temperare voluptates, & cæte

Luc.14.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Galat. 3

Lucæ. 13

Matth. 11

A. 1111

ra blandimenta mundi & carnis, & quotidie agoni  
 fare pro dei viuentis amore. Ideo dicit Apostolus:  
 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt  
 cum vitijs, & concupiscentijs. Cruciatio enim ma-  
 gna est in concupiscentijs & vitijs ambulare, & eis  
 vltra metas non consentire. Quapropter oportet  
 eum qui vult in dei amore perseuerare, magnum ad-  
 hibere conatum, secundum illud domini dictum:  
 Contendite intrare per angustam portam, Dicit no-  
 tanter, contendite, hoc est, arduum & magnum co-  
 natum adhibete. Regnum quippe cælorum vim  
 patitur, & violenti rapiunt illud. Quasi diceret, Pau-  
 ci intrabunt, & illi cum magis laboribus. Quia nisi  
 mentis intentio ferueat, vnda mundi non vincitur,  
 per quam anima ad ima semper reuocatur. Idcirco  
 addit dominus: Multi dico vobis, querent intrare, &  
 non poterunt. Quærunť enim tantummodo, sed nõ  
 contendunt intrare, & ideo intrare non possunt. Pos-  
 siti enim inter amorem dei & seculi, non conantur,  
 per sanctum odium auertere se à concupiscentijs se-  
 culi, idcirco Christum non sequuntur. Hi tamen si-  
 ne cruce non viuunt. Tanta enim ipsis cruciamen-  
 ta inducuntur, siue à naturã, vt patet in ægrotanti-  
 bus: siue ex peruersa voluntate ( vt patet in latroni-  
 bus & sceleratis omnibus, & militaribus) siue ex ne-  
 cessitate victus, vt in nautis & mechanicis, & cæteri-  
 ris, etiam in hypocritis, qui omnes CHRISTVM  
 non sequuntur, quod martyres diaboli vincunt ple-  
 rumque in cruciatibus martyres Christi. Hæc dixi-  
 rim de ijs qui volunt Christi discipuli fieri, & tamen  
 manere in vita seculari, vt sciatis ad quid tales te-  
 nentur, & quanta ibidem imminent pericula. Sunt  
 tamen tales vere discipuli Christi, & ita in actibus  
 APOSTOLORVM sæpe appellantur, vbi etiam inter cætera ita habetur: Docuerunt ( sci-  
 licet Barnabas & Saulus) turbam multam, ita vt eos

gnominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani.

¶ Sunt præterea alij discipuli Christi, non in statu communi viuentes, sed in statu perfectionis, de quibus rursum in Actibus: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quod possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Illi enim in effusione vnguenti Christi, pinguedinem charismatum spiritus sancti acciperant, atque primitias: ideoque magis à carne & seculo abstracti, diuino amori ardentius inhærebant. Isti itaque nedum illicito amori parentum, & omnium quæ possederant renuntiauerunt, sed ipsos parentes uxores, pariter & amicos, resque omnes seculi realiter & perfecte relinquebant, vt soli deo vacarent, ab omnibus alijs liberi effecti & expediti. De his verificantur magis proprie verba thematis, & cætera verba euangelij: quia ea perfecte impleuerunt. Sed talibus quis se audebit coniungere, aut apicem huius discipulatus appetere? Scriptum est enim in actibus Apostolorum: Ceterorum nemo audebat se coniungere illis. Non enim sine magna causa æterna sapientia monuit per exempla turris ædificandæ, & belli gerendi eos, qui ad discipulatum eius aspirarent, vt bene deliberaret æstimarent & cogitarent, si possent perficere statum discipulatus huius, & ea quæ ad eum requiruntur. Nonne Ananias & Saphyra vxor eius volentes fiste omnia relinquere, & APOSTOLORUM V M condiscipuli reputari, propter falsitatem & fictiosam suam in ACTIBUS narrantur pessima subitanea que morte defuncti? Nos tamen fratres (deo propitio & aspirante) ad huius discipulatus fastigium conuolauimus. Beatus Bruno patriarcha noster, cuius hodie solennia agimus, post apostolos huius quem profitemur perfectionis viuendi modum

Actu. 4

Roma. 8

Actu. 5

Lucæ 14

Actu. 5



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

instituit, docuit, & in eo integerrime vixit. Hic mos  
inter religiones, quæ omnes rebus temporalibus in  
diget, quanquam omnia relinquunt, & vna pluribus  
alia paucioribus, & tertia cæteris minus indiget, me  
dia ponitur. In quâ religione scilicet media, pauci  
sobrie rebus temporalibus curam impendunt, scilicet  
prior & procurator, cæteri soli deo vacant. Pense  
dat vnusquisq; vestrum, & conscientiam suam conue  
niat nunc, vtrum suos amicos, vxorem, id est, car  
nalia, animam suam, id est, voluntatem, affectiones.  
& res omnes quæ possideri quouis modo possunt, p  
amore solius dei, non propter metum, nec retributio  
nem, &c. reliquerit, & gaudeat, quia cum sancto Bru  
none, & omnibus perfectis statim finito huius vitæ  
termino, ad magisterium cœlestis sapientiæ, tanq̃ ve  
rus discipulus admittetur. Qui autem adhuc amat  
suos & se carnaliter, adhuc voluntatē suam præfert  
voluntati superioris, nec legem modi viuendi pro  
fessi seruat, sed non curando contemnit, murmurat,  
nec æquanimitè & patienter (sequēdo Christū do  
minum) quæ sibi onerosa in obseruantia vitæ regula  
ris occurrunt, siue sint naturalia, siue ordinaria statu  
torum, siue aliena, tanquam crucem sibi à deo impo  
sitam portat: Talis, inquam, formidulose expectet,  
donec in reprobam mortem ruat.

**¶** Quo pacto triplici vigilia vigilandum  
sit contra quæcūque vitia.

### Exhortatio III.

**V**igilate. Marci 13. Sæpe fratres à duce salutis  
nostræ Iesu in euangelio, & à nuntijs suis in  
eorum epistolis monemur, vt vigilemus. Hæc  
voce(m) (scilicet vigilate) beatissimus pater noster Bru

no audiuit, & vt eius vita probauit & exitus, effica:  
citer impleuit. Et nos charissimi (sicut decet bonos si-  
lios) patrē imitemur & vigilemus. In hodierno euan-  
gelio tangunt tres vigiliæ. Pro prima vigilia in sinuo  
vobis fratres illud, vbi dominus ait apud Lucam: At-  
tendite vobis ne forte grauentur corda vestra in cra-  
pula & ebrietate, & curis huius vitæ, &c. Et post pau-  
ca ait: Vigilate itaq; omni tempore. Notum est, quod  
monemur hic contra manifesta peccata vigilare, cū  
dicitur in crapula & ebrietate. De quibus etiam Apo-  
stolus Paulus scribit ad Galatas: Manifesta sunt, in-  
quiens, opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundi-  
tia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia  
inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ  
dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates,  
comestationes, & his similia. Qualiter autem cōtra  
hæc & alia manifesta peccata beatus pater Bruno vi-  
gilauerit, probat squalida solitudo, grauis miraq; ab-  
stinencia, & vitæ austeritas. Vigilemus & nos, ne iu-  
gulemur à dæmonio meridiano, q in manifestis pec-  
catis pugnat. Si seculares deuicerit, non multum cu-  
rabit, sed multam & magnam sibi gloriam promittit  
si religiosos potuerit superare. Hinc ambitiones, inur-  
murationes, lites, iniuriationes, impropagationes, de-  
tractiones, inquietudines, susurrations, & similia  
suscitat inter religiosos. Peccatum illius, qui de habi-  
tu, de tonsura, de nomine religionis gloriatur, est ma-  
xime scandalosum suis cōfratribus & extraneis: est  
confusio ingens sibi, est apud iustum iudicem damna-  
tione graui plestendum. Idcirco summopere cauend-  
um. ¶ Pro secunda vigilia in sinuo vobis illud,  
quod in hodierno euangelio dominus dicit: Si sciret  
pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique.  
Et statim infert: Et vos estote parati, id est, vigilate.  
Hic monemur contra furem & insidiatorem, cōtra-  
que lupum infernalē vigilare, qui excursus suos fa-

Vigilia 1.

Lucæ 12

Lucæ 21

Galat. 5

Vigilia 2.

Lucæ. 12



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sapi. 2  
1. Cor. 14.

Philoso,

ciunt nocturno potius tempore, quàm diurno. Hæc sunt occulta peccata, vel ex natura (quæ non possunt facile agnosci.) vel ex parte peccatoris excecari per malitiam, vel ignorantiam. De his dicit Sapiens: Excecavit illos malitia eorū. Et Paulus Apōsto. ignorantes monet: Si quis ignorat, ignorabitur. Contra hæc vigilauit Beatus Bruno p̄ bonitatem & scientiã. Et nos fratres vigilemus primo per bonitatē. Vbi sciendū quoddam habitus virtutū vel vitiorū generat p̄ actus frequentatos. Hic scilicet habitus, inclinat per modū naturæ ad similes actus perficiendos. Inde est, q̄ consuetudo, secundū Philo. dicitur quædam natura. Et quia difficile est contra naturam agere, q̄ male habituari sunt excusant, & dicunt se non posse bene agere, aut mala dimittere. Vnde dicunt religiosi mali (ve seculares omittamus,) non possum obedire illi, quàm diu est in prælatione, nō possum orare, non possum cantare, non possum ire ad chorum, non possum ierunare non possum seruare silentium, nō possum seruare ordinē &c. Et tamen alia grauiora vel similia, quæ placent, agunt. Sunt enim qui formāt sibi cōscientiam latam, imō latissimā, & iudicant peccata grauiā non esse peccata, aut saltem non esse tam grauiā sed leuiā, puta cū irascuntur, maledicunt, furiant, & similia faciunt, postea se excusant, quod fuerint per occasiones moti sicut homines. Vnde noui quendam q̄ dicere consuevit postquā excesserat: Fugerunt primi motus. Fuerunt sibi primi motus. Sed q̄ quales tunc fuissent tertij motus, vel sexti? Tales similes sunt lupo, cui prohibitum fuit comedere carnes in precio vltra vnum solidum. Qui cum videret vaccam cum vitulo & esuriret, dixit sibi ipsi: Maslum est habere arctam conscientiam, quia ædificat ad gehennam. Et fecit sibi latam conscientiam discens: Ego vaccam æstimo pro quatuor hallensibus & vitulum pro duobus, iam non excedo regulam

mihī p̄fixam. Sicque rapuit secure. Itaque habitus  
 contractus & cōsuetudo inoluta ex frequentatis acti-  
 bus, facit hominem corruptū & malum, sicut pomū  
 putidū dicitur malū. Et peccata inde p̄cedentia, dicitur  
 tur ex malitia p̄cedere, quę malitia excæcat. Contra  
 hæc fratres vigilate per habitus bonos, qui generantur  
 ex actibus bonis & virtuosīs frequentatis, & red-  
 dunt (secundū diffinitionem habitus) hominē bonū  
 & delectabiliter bene operantem. Et talis appellat ab  
 omnibus bonus. ¶ Secundo, vigilemus contra hæc  
 peccata per scientiam, ne simus ignari legendo sa-  
 cros codices scripturę sanctorum: Quia ignorantia  
 iuris non excusat. Vnusquisque em̄ tenetur scire  
 quę ad suum statum spectant. Pro tertia vigilia in-  
 sinuo vobis illud Petri APOSTOLI, cum  
 ait: Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̄  
 leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hic mo-  
 nemur contra terrorem leonis infernalis vigilare.  
 Aduertens quippe ipse (qui omnium discutit studia)  
 ꝑ bonos & deū reuerentes nō potest ad aperta pec-  
 cata trahere, nec ad excusandū peccata per remissam  
 conscientiam seducendo inducere, conuertitur omni  
 calliditate ad terrores & omnes scripturas infernalē  
 ignem spirantes ad memoriā reuocat, inflexibilita-  
 tem tremendi iudicis commemorat, æterna sup-  
 plicia exaggerat, vt deo deuotos ac reuerētiales, a dul-  
 cedine securi & filialis amoris reuocet, & in seruilem  
 timorem perducatur. Tunc arctatur conscientia, tunc  
 formantur peccata vbi non sunt, tunc serenitati cō-  
 scientiæ succedunt nebulę erroris, tenebrę perplexi-  
 tatis, horrores desperationis, vmbre perpetuę  
 mortis. Tunc incipiunt trepidare timore vbi non  
 est timor. Contra hunc leonis rugitum vigilauit  
 Beatus Bruno per discretionem & sapientiam, qui  
 bus erat singulariter dotatus. Et nos vigilemus,  
 & non timeamus nec diabolū, nec totum

Vigilia  
 tertia.

1, Pet. 5.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Lucæ 2  
Lucæ 12

infernum simul, quia non possunt nocere nisi volenti. Consolantur nos angeli cantantes: Pax hominibus bonæ voluntatis. Et in euangelio pijsimus dominus dominus Iesus dicens: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Patrem nostrum se deus appellare dignatus est, vt fiduciam filialem habeamus, & non timorem seruilem. Timeant superbi, timeant inuidi, qui patrem habent diabolum, timeant conscij sibi mortalium peccatorum, timeant qui faciunt excusationes in peccatis. Timor iste merito anxiat, contristat, & conturbat cor. Talis timor longe sit ab ijs, qui presentiam domini quærunt in puritate cordis. Sed sit in eis timor sanctus permanens in seculum seculi, qui plenus est serenitate animæ & gaudio. De hoc dicitur in Ecclesiastico: Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitia & gaudium in longitudine dierum. Hic timor sit pura mente colentibus deum. Hæc discretio timoris sit in eis, & omnes suggestiones sibilantis draconis, & terrores rugientis leonis dissoluet accedente vera sapientia, quæ scripturas secundum regulas æternas & incorruptibiles sapidas reddit, vt sciat gustans eligere, qd ad se pertineat, & fugere quod eum foueat, refellere etiam quod eum impedit, insidit atque conturbat.

Psal. 18

Ecclesia 1

De perseverantia constantiaque, & vitis eiusdem virtutibus contrariis  
Exhortatio III.

QUI perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matthæi. 10. & 24. Die isto charissimi felicissimum perseverantiæ beati patris nostri Brunonis finem cum iucunditate recolimus

nobis in suffragium & exemplū, quatenus eius meritis adiuti, ad ea quæ in bono perseverantibus promissa sunt, peruenire valeamus. Et quia tanti patris perseverantia nobis filiis suis in exemplum proponitur, dignū duxi primo explanare quid sit perseverantia, & quædam alia quæ circa eam scitu necessaria sunt. Secundo qualiter in his sanctus pater noster Bruno se consummauerit atque perfecit. Quo ad primum est sciendum, quod post corruptionem & destitutionem naturæ nostræ, per amissionem originalis iustitiæ, prout sunt sensus hoīs (testante scriptura) ad malum, & difficiles ad bonum. Quapropter ad preparationem nostram, ubique in actibus humanis bonis habetur aliqua difficultas, ibi requiritur aliqua virtus animæ, per quam potest illam difficultatē superare, ne impediatur à bono opere, vel actu consono rationi. Si enim ab eo discederet, vel deficeret quod dicitur ratio, tunc deficeret à natura sua: quia hominis esse, est secundum rationem esse. Idcirco virtus animæ est homini necessaria, si debeat permanere in limitibus rationis. Quod autem virtus sit circa difficile & bonum, testatur Philosophus secundo Ethicorum. De qua etiam ibidem dicit: Virtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Et eam sanctus Augustinus commendat in libro de moribus ecclesiæ, dicens: Nemo autem dubitabit, quod virtus animam facit optimam. Nunc ad propositum descendendo ad considerandum particulariter quid sit virtus perseverantiæ, aut circa quam difficultatem operetur, est notandum quod in opere virtutis inuenitur quædam difficultas ex parte diuturnitatis ipsius operis. Nam hoc ipsum quod est diu insistere alicui difficili, specialem difficultatem habet: & ideo diu persistere in aliquo bono usque ad consummationem, pertinet ad specialem virtutem. Et hanc appello perseverantiā. Laus enim perseverantiæ in hoc consistit, quod alia

Genesi. 3

S. Diony :

Philosop .

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quis non recedit à bono propter diuturnam toleran-  
tiam difficultiũ & laboriosorum. Exempli causa. Qui  
ingreditur ordinem Carthusiensem, considerata di-  
uturnitate operũ difficultimorum, vt est obedientia,  
perpetua clausura, solitudo, & omnia alia ordinis ex-  
ercitia, quæ diuturnitate extendũt se vsque ad finem  
vitæ, si elegerit perseuerare in his, hoc facit per vir-  
tutem perseuerantiæ, quia perseuerare vsque ad fi-  
nem virtuosi operis, per se spectat ad perseuerantiã.  
Ideo perseuerans Carthusiensis, debet perseuerare in  
diuino officio, in obedientia, & in cæteris actibus  
virtuosis ordinem concernentibus, donec perficiatur  
imo vsque ad finem vitæ. Sunt enim quædam vir-  
tutes, quarum actus per totam vitam debent dura-  
re, sicut fidei, spei & charitatis, quia respiciunt vlti-  
mum finem totius vitæ humanæ. Et ideo, respectu  
harum virtutum (quæ sunt principales) non cõsum-  
matur actus perseuerantiæ, nisi vsque ad finem vitæ  
quis perseuerauerit. Hinc est quod dicit A V G V S  
T I N V S in libro de perseuerantiã: Nullus po-  
test dici perseuerantiã habere quãdiu viuit, nisi  
perseueret vsque ad mortem. Accipit enim Augusti-  
nus perseuerantiã pro actu perseuerantię consum-  
mato, Sic etiam Carthusiensis, qui vult stabilitatem  
non potest dici habere perseuerantiã, nisi perse-  
uerauerit vsque ad mortẽ, consummatis actibus vir-  
tuosis (ordinem concernentibus) vsque in finem. Sic  
cut em̃ fides sine operibus mortua est, ita virtus per-  
seuerantię, quę est habitus quidã animæ, sine operib⁹  
vř actibus meritoria nõ est, sed mortua, nec prodest  
aliquando secundum virtutes fidei, spei, charitatis &  
professionis operari, sed oportet vsq; in finẽ opera-  
ri: quia (iuxta veritatis vocem) qui perseuerauerit  
vsq; in finẽ, hic saluus erit: Hęc aut̃ perseuerantiã me-  
ritoria, si accipiat pro habitu perseuerantię, indiget  
dono habitualis gratiæ, sicut & cæteri virtutes

August.

Jacobe

Matt. 10.  
4.

infusæ. Si autem accipiatur pro actu perseverantiæ  
 vsque ad mortem, non solum indiget gratia habitus  
 ali, sed etiam gratuito dei auxilio conseruantis ho-  
 minem in bono vsque in finem vitæ. Quia cum libe-  
 rum arbitrium de se sit vertibile, & hoc ei non tollat  
 per habitualement gratiam præsentis vitæ, non subest  
 potestati liberi arbitrii etiã per gratiã reparati, vt se  
 immobilitè in bono statuatur. Quapropter summè ne-  
 cessarium est orare deum attentissime, quod donare  
 dignetur auxilium perseverandi vsque in finem. Ad  
 perseverantiam vero pertinet cõstantia. Perseveranti-  
 tia etiã & constantia conueniunt in fine, quia ad  
 vtramq; pertinet firmiter persistere in aliquo bono.  
 Differunt autem secundum ea quæ difficultatem as-  
 ferunt ad persistendum in bono. Nam virtus perse-  
 verantiæ proprie facit firmiter persistere hominem  
 in bono contra difficultatem quæ provenit ex ipsa  
 diuturnitate actus. Constantia autem facit firmiter  
 persistere in bono contra difficultatem quæ provenit  
 ex quibuscunque alijs exterioribus impedimentis.  
 Exẽpli gratia: Aliquis debet ieiunare per totam qua-  
 dragesimam. Hic contra tentationem diurnitatis iei-  
 unij, indiget virtute perseverantiæ. Sed si venerint  
 boni socij inuitantes ad comedendum extra tempus  
 vel gratus cibus alliciens, si debet perseverare, indis-  
 get constantia. Carthusiensis contra tentationem  
 diurnitatis obediẽtię, castitatis, paupertatis, solitu-  
 dinis, ieiuniorum ac cæterorum actuum bonorum  
 ordinis, vel professionis, indiget virtute perseveran-  
 tiæ. Sed si tentatur aliunde, puto, videtur ei se malũ  
 habere priorem, parum procuratorem, durum vica-  
 riũ, peruersos cõfratres vel persecutores, debile cas-  
 pur, inconuenientia cibaria, locũ insanũ, & alia simi-  
 lia. Hic si debet perseverare, indiget cõstantia. Virtuti  
 perseverantię opponitur mollities & p̄nata. Mollities  
 hic non sumit pro illa quã tangit A post, ad Corinth. 1. Corin. 6.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- Mollis. quæ est species luxuriæ contra naturam, qua molles seipfos commaculant, sed est illa de qua dicit Philosophus: Proprie mollis dicitur, q̄ recedit à bono propter tristitias causatas ex defectu delectationum, qua si cedens debili mobili. Nam molle dicitur quod facile cedit tangenti. Tristitia autem causata ex carentia delectationum, est debile mouens, quia carentia voluptatis est purus defectus. Ipsa vero voluptas præsens fortiter mouet. Fortiter mouebatur amissurus lumen oculorum propter incontinentiam suam, qui dicebat: Vale amicum lumen. Ergo mollis est monachus qui propter carentiam esus carniū, vel carnalis voluptatis, vel libertatis, vel confabulationis, vel dissolutæ vitæ, recedit ab optimis virtutibus, optimis meritis, libertate spiritus, gaudio in spiritu sancto, & cæteris spiritualibus diuitijs innumeris.
- Pertinacia. Pertinacia opponitur perseverantiæ, quia perseverantia persistit secundum q̄ oportet, pertinacia plus q̄ oportet, mollis minus q̄ oportet. Ideo secundum Isidorū in libro etymologiarum, pertinax dicitur aliquis, q̄ est impudenter tenens, & quasi ad omnia tenax, q̄ in suo proposito quasi ad victoriam perseverat, plus q̄ oportet. Et habet ortum ex inani gloria, quia ideo aliquis nimis persistit in propria sententia, quia per hoc vult suam excellentiam manifestare. Nihilominus potest habere percinacia varias causas, scilicet superbiam, inobedientiam, zelum iustitię, sine scientia, melancholiam, & scrupulositatem, aut inordinatū timorem, & cætera eiusmodi. Item si quis firmat se in sua sententia, ita q̄ etiam si ecclesia determinaret contrarium in eo q̄d pertinet ad fidem, vel bonos mores, teneret oppositum, peccat mortaliter, & sapit hæresim vt patet distinct. 8. canone. Qui contempta, alias est veniale, nisi ratione scandali, vel inobedientiæ, vel periculi. Vnde inuenti sunt monachi qui ita pertinaciter suo errori inhæserunt, q̄ maxima scandala emerse-

runt, nec curauerunt. Alij per nullam obedientiam a suo sensu auerti potuerunt. Alij periculis corporis, & consequenter animę per maledictam pertinaciam se tradiderunt. Pertinacia est semen diabolicum, ideo producit fructum æternæ damnationis. Cauete hoc malum fratres & filij mei dilectissimi. Sequimini monita & consilia, atq; voluntatem maiorum vestroꝝ præcipue quando plures in vnam sententiam concordant, & humiliter credite vos potius errare quàm cæteros, qui videntur curam vestri habere, & quorum regimini commissi estis.

¶ Subinde qualiter sanctus Bruno perseverauerit, & se habuerit in prædictis, breuissime dico, q̄ venerabilis sanctus pater noster Bruno virtute p̄seuerantię per totam vitam suam excellēter ornatus fuit, vt ex historijs & testimonijs multarum ecclesiarum comprobatur. Tamen cum a domino papa (suo superiore) vocaretur, & relinquere Carthusianam vitā præelectam cogeretur, nō armavit se pertinacia, sed humili obedientia, & perseverantię virtute seruata in habitu, licet non in actu quo ad assumptam religionem, eandem, hoc est, perseverantiam excellentius in melioribus actibus & virtutum operibus conseruauit, donec facultate data, pristinam vitam reciperet, & in ea quousq; hodierna die ad celos ascenderet, feliciter perseverare commeruit. Sequamur ergo hunc patrem sicut legitimi filij, & in veris bonis perseveremus discrete, quatenus singulis nobis eueniat: Qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Matth. 70

### ¶ De dignis fructibus p̄nitentię.

#### Exhortatio V.

**F**acite fructum dignum p̄nitentię Matthæi. 3  
 Beatus Iohannes Baptista patronus noster, q̄s Matth: 9  
 dā peccatores interrogādo monuit dicens: **Quis** Luc, 3.



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS:

demonstrabit vobis fugere à venturâ ira. Et quâff  
illi respondissent (sicut forte fecerunt) qd faciemus?  
Subiunxit: Facite fructum dignum pœnitentię. Iam  
enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis  
arbor quę non facit fructum bonum, excidetur, &  
in ignem mittetur, id est, omnis homo qui non facit  
fructum bonum dignum pœnitentię, per seueritatē  
diuinę iustitię excidetur in morte, & in ignem æter  
nū mittetur. Sic sanctus Bruno pater noster, videns  
iram dei iam desquisse in eum qui se accusatum & ius  
dicatū atque damnatum clamauerat, & per seueritatē  
tem diuinę iustitię in gehennam demersum, socii  
os suos, patres & antecessores nostros monuit, vt di  
gnum facerent fructum pœnitentię. Quod etiā per  
fecerunt, & suis posteris, i. nobis salutis exemplū sa  
luberrimum transmiserunt. Omnibus seculi pompis  
& dignitatibus, oibus delitijs & voluptatib⁹, omni  
bus etiā solatijs & vanitatibus spretis & abnegatis,  
in horrendâ erenū inter mōtes & saxa, inter niues &  
frigora se receperūt, in ieiunijs & abstinentijs, in pa  
ne arido & aqua frigida, in sacris vigilijs, in hispida  
veste cilicina, in duris lectisternijs, habentes pro do  
mibus parua tuguria, temperatissime vixerunt. Sic  
iram venturam, & ictum securis euaserunt, & ita in  
actiua pariter & contemplatiua vita profecerunt,  
quodd citissime ad æternam beatitudinem peruene  
runt. Idcirco vero præsentem beati patris nostri  
B R V N O N I S festiuitatem celebramus, vt  
ad imitationem vitę eius excitari valeamus. Itaq;  
fratres charissimi, quia omnes peccatores sumus  
(quamuis diuersimode) fructum dignum pœniten  
tię, prout vnicuique nostrum congruit, pferre deo  
studeamus. Et quia à patrum pcedentium per festiōe  
longe distamus, ea quę pro moderna ordinis obser  
uantia in cōmuni agimus, strenue & hilariter imple  
amus & semper nostrā impfectionē humiliter agnos

scamus. Nos em̄ sumus in quos feces religio nis præ  
 tepore nimio peruenerunt. Blandimur nobis ipsis &  
 parcimus propter naturę debilitatem, & indulgemus  
 etiã vltra necessitatem. In communi tamen vis  
 uentes vitare debemus singularitatem, cum potior  
 pars digni fructus pœnitentię in corde habeatur. Exo  
 teriora vero opera indicant fructũ in corde latere  
 tẽ. Vt vero per amplius humiliemur, opera antiquoꝝ  
 patrum attendamus, vt nostra in eorum comparati  
 one quã vilia sunt, veraciter cognoscamus. Inter  
 opera pœnitentię sanctorum, nuper satis admiranda  
 reperi in scriptis Iohannis Climachi, vbi inter cæte  
 ra inuenitur scriptum de loco pœnitentium in quo  
 morabantur, qui fructum dignum pœnitentię face  
 re conabantur. Nulla erat ibi consolatio corporalis,  
 nec vnquã apparebat ibidem ignis, aut vinum, aut  
 oleum in cibo, aut aliquid coctum, nisi solum aqua,  
 panis & herbæ, nec stabant simul, sed separatim, vel  
 ad plus, duo simul. Ibidem seipsoꝝ affligentes, quidã  
 stabant tota nocte fixis pedibus immobiliter, & dis  
 cooperti ad aerem, impropertis semetipsoꝝ confun  
 dentes, & nullam si bi requiem dantes. Quidam fran  
 tes in oratione habebant manus post terga, more la  
 tronum ligatas, facie obscura & lachrymosa terram  
 respicientes, indignos seipsoꝝ iudicantes respicere cœ  
 lum. Quidam sedebant in terra vestiti sacco. Quidã  
 continue percutiebant pectus suũ, suã vitã ad memo  
 riam reuocantes. Quidam lachrymis irrigabant ter  
 ram. Quidam (qui non poterant lachrymari) verbe  
 rabant se disciplinis. Quidam lamentabantur & vlu  
 labant super animas suas, non valentes sustinere  
 intensam angustiam & concurbationem cordis.  
 Quidam ex fletu & vehementi amaritudine cogita  
 tionum, erant quasi stupidi & muti & quasi ins  
 sensibiles, mente iam ingressi abyssum humili  
 tatis, & igne ignominie oculorum lachrymas



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

torrentes. Quidam præ multitudine genuflexio-  
num habebant genua arida & cōsumpta, oculos ve-  
ro adintra regressos & priuatos pilis, vt vix videren-  
tur. Præ feruore autem lachrymarum habebant  
genas adustas & vulneratas. Facies eorum erant  
tam aridæ & pallidæ, vt non differrent à facie mors-  
tuorum. Pectora erant plena vulneribus, doloris  
bus, & liuoribus sanguinis coagulati ex verberibus  
& tonsionibus. Vestimenta eorum erant dirupta,  
sordida, fetida, & plena bestijs immundis, scilicet  
pediculis & pulicibus. Hæc & similia multa habentur  
ibidem. Idem Iohannes ibidem dicit: Lamen-  
tatio plorantium mortuos, in dolore exultantium,  
tremor eorum qui ducuntur ad patibulum, vere ni-  
hil sunt in comparatione pœnæ voluntariæ illorum  
pœnitentium. Et subdit: Rogo vos fratres ne repu-  
tetis ista fabulas. Sæpe enim dicti pœnitentes rogæ-  
bant suum iudicem & angelicum pastorem, quod  
astringeret manus, & pedes, & colla eorum ferro &  
cyppo, nec eos liberaret vsque ad sepulchrum. Roga-  
bant etiam quod corpora eorum post mortem priua-  
rentur sepultura, inò ab abbate iuramentum exi-  
gebant cum morti appropinquabant, q̄ corpora eos  
um proijcerentur in flumen, vel in campum ad bes-  
tias. Legimus in gestis beati Hieronymi, & patrum  
nostri ordinis & aliorum, feruorem pœnitentiæ, sed  
hæc insolita & rara etiam commemorare volui, vt  
occasione darem vobis attentius cogitandi de qua-  
litate & feruore contritionis, fidei, charitatis, humi-  
litate, patientiæ, longanimitatis, perseuerantiæ anti-  
quorum patrum ex quibus virtutibus tam nobilis frus-  
ctus dignus pœnitentiæ prodibat, vt in comparatiōe  
eorum viles nobis essemus. quorum vitam imitari non posse-  
mus, sed admirari. Nihilominus licet eorum exteriorē  
vitam imitari non possumus nec debemus (qa talia nos  
non decet) animi tamē virtutes p̄scriptas æmulari de-

Hierony-  
mus.

hemus, quibus noster quilibet fructus poenitentiae sanctificetur, ut acceptus fiat deo, quod plus interiora ponderat quam exteriora. Ut vero efficacius ad feruorem dignae poenitentiae accedamus, sciamus quid spirituales patres & monachi poenitendo fecerunt, & confideremus qualem poenitentiam cunctis fidelibus sancti patres diffinierunt. Chrysostr. Homilia 41. de poenitentibus sic ait: Poenitentiam exhibuit Beatus David, ita dicens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et olim peccatum, post tot annos, post tot generationes, quasi nup accidisset, lugebat. Poenitentem irasci non oportet, neque seuire, sed ceteri tanquam condemnatum, tanquam non habentem fiduciam tanquam iudicatum reum, tanquam ex sola saluari misericordia debentem, tanquam ingratum erga benefactorem redargutum, tanquam inuicundum & reprobum, tanquam innumeris dignum supplicijs. Si haec cogitet, non irascetur, non indignabitur, sed lugebit, flebit, gemit, & conqueret noctem & diem. Poenitentem nunquam oportet obliuioni peccati tradere, sed deum quod rogare, ne eius meminerit: ipsum vero nunquam ipsius obliuisci. Si nos eius non recordemur, deus ipse non obliuiscet. Si nos eius meminimus, deus obliuiscet. A nobis ipsis ultionem sumamus nos ipsos accusemus, & ita placabimus iudicem. Item Ambrosius ad corruptam quandam ait: Secundum conscientiae mole exhibenda est poenitentiae magnitudo, proprii facti tu ipsa iudex esto crudelior. Imprimis omnis cura uitae in terimeda tibi est, & quasi mortuam te existimas (sicut es) quomodo posses reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis, & membra singula digna castigatione punienda. Amputentur erines quae per vanam gloriam occasionem luxuriae praesiterunt. Desuuant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt. Palleat facies, quae quondam vixit impudice. Deinde totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat, quia male

Chrysostr.

Psal. 6.

2. Reg. 17.

Poenitentem  
qualem esse  
oporteat.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

sibi de pulchritudine placuit. Cor vero sit liquefēs  
 sicut cera, ieiunīs inquietans seipium, & cogitatio  
 nibus ventilans quare sit ab inimico subuersum.  
 Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cū  
 haberet dominatiōem, malo cessit impertio. Possent  
 innumera his similia adduci, sed pro nunc ista suffici  
 unt, ad notandum qualem feruorem habuerūt antiq  
 patres, vt vel ipsi vel alij fructus facerēt dignos pœni  
 tentiæ. Nec solum magni peccatores, sed etiam viri  
 iusti fructū dignū pœnitentiæ facere conati sunt: vt  
 Hierony. testatur Hieronymus de sancta Paula, q̄ minora pec  
 cata ita deflebat quasi maiorꝝ criminum rea fuisset.  
 Et B. pater noster Bruno vere dignos pœnitentiæ  
 fructus fecit, vt patet ex decursu vitę eius. Cuius rei  
 infallibilis testis deus, testimonium præstitisse videt  
 quando locū in quo prostratus sub diuo & pœnitēs  
 iacere consueuerat, sine germine quarumcunq; her  
 barꝝ esse perpetuo voluit, cum tñ in circuito (quod  
 inspectantium oculis mirabile est) oīa virescant, q̄si  
 locus ille à feruore viri dei, & amaritudi dine lachryma  
 rum eius adustus, & amaricatus relictus sit. Fecit er  
 go fructum pœnitentiæ, cum tamen probitatis & ho  
 nestatis vitæ, nec non & sanctitatis eius, tantarum  
 relucēt testimonia ecclesiarum, vt defendæ & calti  
 gandæ vitæ præteritæ nullum indicium, vel opinio  
 relinquatur. Meo iudicio, tot bonorum hominum te  
 stificationes, vincunt miraculum. Sed & ipse mortis  
 aliud de seipso testimonium dare non potuit, sicut si  
 mile legitur de sancto Ambrosio. Magnum igitur bo  
 num est pœnitentiā, quam etiam sancti fecerunt, sed  
 melior est obedientiā propter q̄ sanctus Bruno ad tē  
 pus pœnitentiā dimisit, vocatus à papa, Et Prophe  
 ta, melior est, inquit, obedientiā q̄ victimæ. Hoc etiā  
 manifeste statuta nostra volunt. Melior longe est  
 comedens & bibens ex obedientiā, q̄ nihil comedens  
 ex pœnitentiā, Et Climachus ait: O pugil, curre abf

Obedientiā  
 p̄stat pœ  
 nitentiæ.  
 Climach.

que timore, præcurrit Petro Iohannes, sic præordi-  
natur obedientia pœnitentiæ. Pœnitentiæ Petrus fi- Iohan. 20  
gura est. Eo enim tempore, scilicet passionis, Petrus  
erat in pœnitentiâ, Iohannes in obedientia, seruiens  
matri Iesu. Studeamus ergo fratres charissimi face- Iohan. 19  
re fructus dignos pœnitentiæ pariter & obedientiæ,  
vt cum sanctissimo patre nostro Brunone mereamur  
effugere venturam iram, & ictum securis non time-  
re, & post modicum tempus pœnitentiâ & obedientiæ  
ad æternam felicitatem citius peruenire.

**De animi quiete ac delectatione recrea-  
tioneque ac vitis contrapositionis.  
Exhortatio VI.**



**B**runo honestatis & grauitatis, & totis  
us maturitatis quasi quoddam si muas  
crum. His verbis innuit venerabilis &  
reuerendus pater Guigo, quondam pri-  
or quintus maioris Carthusiæ, perfe-  
ctiorem virtutum sanctissimi patris no-  
stri Brunonis. Fructus enim cum peruenerint ad per-  
fectionem incrementi, sunt pöderosi, graues atq; ma-  
turi. Nos vero fratres in schola virtutum domini Ie-  
su Christi commorantes, ad exemplum tanti patris  
(qui positus est in simulacrum perfectionis, qd omnes  
pro imitatione debent aspicerere) debemus studere ho-  
nestati vitæ grauitati morum, & omnium virtutum  
perfectioni. Idcirco his contraria, leuitates & dissolu-  
tiones, debemus diligenter à nobis excludere, qd des-  
turbant valde virum religiosum, & impediunt con-  
templationem. In regno enim dei, non erunt iudi-  
cia, & similia, per q; hoies in hac vita reficiunt. Solæ di-  
uinæ consolationes, & honestissime voluptates erunt  
in cælo. Debemus ergo ad imperiū ratiōis exteriora



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nostra membra mouere, qđ pertinet ad virtutem modestiæ, & valde ornat hominem, ad quod monachi sancti Benedicti specialiter imbuuntur. Homo enim non sibi soli viuere, sed his quoq; quibus conuiuere, quibus debet esse exemplum in ædificationem, & nõ in scandalum. Quod si natura in contrarium inclinatur, sicut quidam sunt naturaliter tristes, alij sunt læti, alij veloces, alij tardi, &c. & ab his quæ insunt à natura secundum Philosophum, nec laudamur, nec vituperamur. Tamẽ tenetur homo circa naturalia sua vigilare, & ea quæ desunt naturæ implere per industriam, sicut ait B. Ambrosius in primo de Officijs: Motu natura informat, si quid sane in natura vitij est, industria emendet. Si ergo fuerit aliqua inordinatio in homine ex natura, vel tristi, vel leui, & ex similibus, industria per virtutem animi debet emendare, & moderamen interponere in ludis, in verbis, in factis & conuersatione, ne aut nimis dissoluatur, aut nimis arduis opprimatur. Sicut enim homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non potest continue laborare, cum sit finitæ virtutis: ita etiam ex parte animæ (quæ etiam est finitæ virtutis) requiritur requies, præsertim quia in operationibus animæ simul etiam laborat corpus, in quantum scilicet anima intellectualiua, vitur viribus per organa corporea operantibus. Quando enim anima ultra sensibilia eleuatur nascitur quædam fatigatio animalis, maxime si operibus contemplationis intendat, quia per hoc magis à sensibilibus eleuatur. Sicut autem fatigatio corporalis soluitur per corporis quietem, ita etiam oportet, quod fatigatio animalis soluat per animæ quietem. Quies autem animæ est delectatio. Et ideo remedium contra fatigationem animale adhibetur per aliquam delectationem, intermissa intentione ad insitendum studio rationis. Vnde sanctus Iohannes euangelista dixit iuueni: Citius animus hominis frangitur

geretur, si nunquam à sua intentione relaxaretur. Et nos-  
 ter pater Bruno, præposito Remensi scribens de  
 amœnitate loci cui inhabitabat in Calabria, cum me-  
 liora talibus intulisset dicens: Alia sunt oblectamēta  
 viri prudentis gratiora & vtiliora valde, quia diuina  
 statim intulit: Verumtamen arctiori disciplina studi-  
 isq; spiritualibus animus infirmior fatigatus sæpius  
 his releuatur ac respirat. Arcus enim si assidue sit ten-  
 sus remissior est, & minus ad officium aptus. Dicta au-  
 tem vel facta in quibus non queritur nisi delectatio  
 animalis, vocantur ludicra, vel iocosa. Et ideo neces-  
 se est talibus interdum vti, quasi ad quandam animi  
 quietem. Circa quæ tamen videntur tria esse præci-  
 pue cauenda. Quorum primum est principale, quod  
 prædicta delectatio non queratur in aliquibus ope-  
 rationibus, vel verbis turpibus, vel nociuis. Vnde  
 Tullius dicit libro primo de Officijs, q̄ vnum genus  
 iocandi est illiberale, perulans, flagitiosum, obicæ-  
 nū. Aliud autem attendendum est, ne totaliter grauitas  
 animæ resoluatur. Vnde Ambrosius dicit libro primo  
 de Officijs: Cauemus ne dum relaxare animum vo-  
 lumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concen-  
 tum quendam bonorum operum. Et Tullius primo  
 de Officijs, q̄ sicut pueris non omnem ludendi licen-  
 tiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus nõ  
 sit aliena; sic in ipso ioco, aliquid probi ingenij eluce-  
 at. Tertio autem attendendum est (sicut & in omni-  
 bus humanis actibus) vt congruat personæ, tempori  
 & loco, & secundum alias circunstantias debite ordi-  
 netur, vt scilicet sit tēpore & honore dignus, vt Tul-  
 lius ibidem. Huiusmodi autem secundum regulam ra-  
 tionis ordinantur. Habitus autem secundum ratios-  
 nem operas, est virtus moralis. Et ideo circa ludos,  
 yba iocosa & motus corporis, potest esse aliqua vir-  
 tus, quam Philosophus  $\zeta\upsilon\tau\epsilon\alpha\pi\epsilon\lambda\acute{\iota}\alpha\mu$  nominat, quã

Ludicra.

CICERO

Ambrosi.

Cicero.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nos possumus dicere iucunditatem. Et dicitur aliq̄  
 εὐτράπελος à bona conuersatione, quia scilicet be  
 ne conuertit aliqua dicta vel facta in solatiū. Et in quā  
 tum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum, sub modestia continetur. Inquan  
 tum vero per exteriores motus ordinamur ad alios

**Affabilitas** pertinet ad affabilitatem: quæ est quædam specialis  
 virtus, ordinans hominem ad cōueniēter conuet san  
 dum ad alios homines, tam in factis quā in dictis,  
 secundum q̄ decet debitum honestatis. Quia em̄ ho  
 mo naturaliter est animal sociale, debet ex quadam  
 honestate veritatis manifestationem alijs hominib⁹  
 sine qua societas hominum durare non posset. Sicut  
 autem non posset homo viuere in societate, sine ver  
 itate, ita nec sine delectatione, quia sicut dicit Phil.  
 8. Ethicorum, nullus potest per diem morari cū tris  
 sti, nec cum nō delectabili. Et ideo tenerur homo ex  
 quodam debito honestatis naturali, vt alijs delecta  
 biliter conuiuat, nisi propter aliquam causam necesse  
 sit aliquando alios vtiliter contristare. Hinc virtus  
 hæc est pars iustitiæ, &c. Et de adu eius dicitur in Ec  
 clesiastico: Congregationi pauperum affabilem te fa  
 cito, Ex dictis patet quod moderantia in ludis, in ver  
 bis iocosis & factis, cum honesta cōuersatione est vir  
 tuosa, & per consequens meritoria, dissoluta vero &  
 nociua est vitiosa. Sic etiā q̄ deficit, & nō impedit p̄  
 fatā moderantiā, vitiosus est. Omne em̄ q̄d est contra  
 rationē, in rebus hūanis, vitiosum est. Est aut̄ cōtra  
 rationē, vt aliq̄ alijs onerosum se exhibeat, puta dū

**Ecclesi. 4**

**Seneca.**

nihil delectabile exhibet, & etiam alijs delectationes  
 impedit. Vñ Seneca dicit: Sic te geras sapiēter, q̄ nul  
 lus te habeat tanq̄ asp̄. nec contēnat quasivilē. Illi  
 aut̄ q̄ in ludo deficiunt, nec ipsi dicūt aliq̄d ridiculū &  
 dicentibus molesti sunt, quia sc̄ moderatos alijs  
 ludos non recipiunt, & ideo tales vitiosi sunt. Et dicūt

tur duri & agrestes vt Philosophus dicit quarto Ethicorum. Sed quia ludus est vtilis propter quietem & delectationem: delectatio autem & quies non propter se queruntur in humana vita, sed propter operationem (vt dicitur decimo Ethicorum) ideo defectus ludi minus est vitiosus, quam ludi super excessus. Vnde de Philosophus dicit nono Ethicorum, quod pauci amici propter delectationem sunt habendi, quia parum de delectatione sufficit ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in cibo. Ea vero quæ in scripturis sacris aut authenticis, ac sanctis doctoribus, aut Philosophis prædictis contraria habentur, intelligenda sunt de nimia immodestia, vel nimia durtia, aut agrestitate. Vnde est illud: **Vt vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. A B R A H A M enim & Sara & Iob leguntur risisse.** Et in Iudith, iucundus erat populus secundum faciem sanctorum, Et similia habentur in scripturis, quoniam carebant iucunditate risus: cum ridere sit homini proprium. Et Apostolus monet Philippenses: **Gaudete in domino semper iterum dico gaudete.** Primo in domino, secundo cum fidelibus. Et ne excedant, statim subiungit. **Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.** Et ad latitudinem sæpe monemur in scriptura, & à tristitia cauendum. Vnde in Ecclesiastico legitur: **Omnis plaga tristitia cordis: Et iterum: Tristitiam longe expelle à te, multos enim occidit tristitia.** Vnde Paulus Corinthiis scribit: **Seculi tristitia, mortem operatur.** Est tamen aliqua bona tristitia, de qua idem ibidem dicit: **Quæ secundum deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.** Et **ECCLESIASTE** Sait: **Per tristitiam vultus, corripitur animus delinquentis. Tam certissimum est quod in Prouerbis dicit: Sicut tinea ve-**  
**simeto, & vermibus ligno ita tristitia viri nocet cordi,**

Luc. 6.

Gene. 18.

Iob. 31.

Phil. 4.

Ecclesiast.

25. &amp; 30.

2. Cor. 7.

Eccles. 7.

Prouer. 38



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

proue. 17 Sed animus gaudens ætatem floridam facit. Religio-  
nis timentibus deum, & maxime solitarijs suadendū  
est, quod timorem atq; tristitiam à se expellant. Ves-  
hementer enim impediunt profectum spiritualem.  
Itaq; charissimi fratres, exemplo nostri beatissimi pa-  
tris Brunonis, exerceamus nos pleno corde, & desi-  
det ànimo, in veris virtutibus, donec maturescāt  
vt in eis maturi & graues (hoc est perfecti) esse mere-  
amur. Et sit nostra adinuicem conuersatio charitatis  
ua, pacifica, iucunda, inuicem supportantes, affabiles  
modesti & patientes: quia patientia opus perfectum  
habet, vt hoc in loco quasi in terreftri paradiso con-  
uiuentes, ad cœlestem paradysum tandem conscende-  
re mereamur. Pregiante domino nostro Iesu Christo  
qui cum patre & spiritu sancto viuitt & regnat deus  
vnus benedictus in secula, Amen.

DE SANCTO HVGONE  
Lyncolniēsi Episcopo, & monacho Car-  
thusiensī. Titulus quintus.

¶ De laudibus sancti Hugonis, & peccas-  
tum veniale quàm sit perniciosum.  
Exhortatio I.



VGE serue bone & fidelis, quia super  
pauca fuisti fidelis, super multa te cons-  
tituam, intra in gaudium domini tui.  
Matthæi 25. O si cordis palato sapere  
possemus fratres mei dilectissimi, quid  
admirationis, quid gaudij, quid dulcedi-  
nis habuerit pater noster sanctus Hugo, quando do-  
minus noster Iesus Christus secundum promissum  
suum ipsi cum cœlesti curia occurrit, tanquam fidei

& bono se uo, hilariter eum in suum gaudium suscipiendo & dicendo: Euge serue bone & fidelis, &c. ut & nos ad ipsum adipiscendum gaudium incitari possimus. Vere per paucis hic gustus conceditur, & multo paucioribus talis Christi domini gaudiosus occurfus. Nihilominus ad hoc huc vocati sumus, & introducti, ut in hac vita istud gustemus, & in exitu nostro percipiamus, & æternaliter teneamus. Vnusquisque sibi prospiciat, ne hoc quod in euangelio promittitur, amittat: Qui reliquerit patrem, aut matrem &c. centuplum accipiet in hac vita, id est, spiritualia bona, & vitam æternam possidebit. Qui iam multis annis cuncta temporalia propter deum dimisit, & adhuc spiritualia dona, scilicet odium uitiorum, seculi & carnis fastidium, Christi & sanctorum consortium, desiderium æternorum, & hęc similia in se minime recognoscit: gemat, & cur a largissimo sceneratore, & benevolentissimo remuneratore, atque fidelissimo promissore, spiritualem usuram, sicut debuerat, non receperit, diligentissime aduertat. Ex se enim, & non ex deo est illa spiritualis pecunie defraudatio. Et si multæ sint causæ tanti mali, pro præsentibus tamen sufficiat vnum ex omnibus tangere, quod quanto putatur leuius & minus nocere, tanto difficilius euitatur. Est autem peccatum veniale scienter & ex proposito commissum. Quod quia a deo æternaliter non separatur, a multis quali nihil, paruipenditur. Sciendum est tamen, & diligenter aduertendum, quod peccatum veniale viro religioso magnum impedimētum est in profectu vitæ spiritualis: quia initium vitæ spiritualis est mortificatio venialium peccatorum, præcipue eorum quæ sunt ex proposito & desiderio. Omnia enim venialia euitare non possumus quæ ex lubricatione, aut infirmitate, aut ignorantia fiunt, nisi (auxiliante deo) bene possumus venialia vitare, quæ ex certa scientia fiunt, aut ex desiderio propter delectationem

Matth. 19

Venialis  
peccati no  
cumenta .



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

nes quæ in creaturis inueniuntur. Debemus autem venialia pro posse cuitare, propter quatuor. Primo, quia vitam contemplatiuam impediunt, eo quod cubiculum dilecti obfuscant, ne sponsa Christi lumen veritatis clare cognoscat. Licet illum dilecti commaculat, ut in amoris castissimi amplexibus, donec sponsa velit, requiescere non valeat: gustum insciant, ut dulcedinem mellis & lactis eius percipere non possit, & alia innumera in contemplatiua aia operant ipsa peccata venialia, in quibus S. pater noster Hugo alienus inuentus est, dum nec per occupationes multas & curas magistri episcopus, nec per labores itinere a dulcedine & raptu contemplationis impediri poterat, sicut clarior in eius legenda inuenitur. ¶ Secundo, cuitare debemus præmemorata venialia peccata, quia deum offendunt. Quod quantum sit malum, ex sententia beati Anselmi perpendi potest, qui scripsisse legitur, quod si optio sibi daretur peccare venialiter, ne omnis creatura periret, quod maluerit omnem creaturam perire, quam semel deum venialiter offendere. Et vere hoc ad verum pertinet amatorem, etiam malle sustinere poenam Laurentij. Duo enim sunt mala: Vnum est malum poenæ, quod non est verum malum sed solum secundum quid. Aliud est malum culpæ, sicut mortale & veniale peccatum. Et illud peccatum verum & solum malum est. Et ideo malum poenæ, sicut minus malum eligendum est, O quod longe sunt a perfecta charitate, quibus ista in tantum aliena videntur, & pro modica re & vili libenter & optate peccant. ¶ Tertio, cuitare debemus præ fata peccata venialia, quia ad mortalia disponunt. Vnde Augustinus. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluuius irruens. Et ideo maxime sunt venialia vitanda, quia iustus non subito cadit, secundum Origenem, sed paulatim, sicut gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo. Sic iustus sæpe cadendo assuefcit cadere & tandem committit ruinam magnam. Ideo dicitur in

Anselm.

Augustin,  
Origenes.

Job. 14

Ecclesiastico: Qui parua despicit, paulatim decidet. Ecclesia. 19  
 Et e contrario: Qui timet deum, nihil negligit. De sen- Eccles. 7  
 tina neglecta vidi circa Embricam hoc anno magnā  
 nauim in portu ad litus, scilicet ciuitatis, ex negligē  
 tia submersam. ¶ Quarto, euitare debemus venias  
 lia peccata, quia habent pœnam mortalium peccato  
 rum in quatuor: Primo, quia sicut mortalia, ita & ve  
 nialia priuant illo magno bono, etiam iustum virum  
 scilicet, Eugē serue bonę & fidelis, &c: quia istud dñs  
 taxat dicitur a domino Iesu statim post mortem illi  
 seruo qui mundus fuerit ab omni delicto. Secundo,  
 quia sicut propter mortale peccatū peccatores ad pœ  
 nam deducuntur, ita etiam propter veniale ad pœnā  
 ducunt, licet temporalem, cum priuatione tanti ho  
 noris prædicti, quia Christus talibus peccatoribus festi  
 uus non occurret, sicut perfectis, sed a facie eius tan  
 quā a iudice ad purgandū ducunt. Immunditia em̄  
 spiritualis etiam venialis impurior est & foetidior, q̄  
 vlla immundicia corporalis. Et dicent mundicordes  
 oēs in cœlo cōtra maculatū veniali peccato, nihil in  
 mundum intrabit huc, foetet em̄. Primo expiet. Ter  
 Apoca. 21  
 tio, quia sicut propter peccata um mortale maximū bon  
 nū amittitur, scz felicitas vera, ita etiā propter veni  
 ale peccatū illud maximum bonū amittit ad tempus  
 cui amissioni (licet temporali) non potest aliqd malū  
 temporale cōparari, nec per aliquod bonū compensa  
 ri, nisi per bonū gratiæ aut gloriæ. Quarto, quia sicut  
 peccata mortalia æternaliter puniuntur, sic & venialia  
 q̄ cū mortali inueniunt. In inferno em̄ nulla est redē  
 ptio. Qui em̄ in mortali peccato discedit, et venialia  
 non dimittunt: & sic æternaliter puniet pro illis. Qui  
 aut cum venialibus sine mortali discedit, puniet, pœ  
 na purgatoriū, quæ est grauissima. Vnde Augustinus  
 Augustin.  
 Grauius est esse in purgatorio quādiu potest oculus  
 claudi & aperiri, quā omnis pœna quam sustinuit  
 Laurentius in craticula, Et H I E R O N Y M V S; Higrony.



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Leuissima pœna purgatorij, est acerbior quàm omni-  
um martyrum tormenta. Vt ergo tanta mala euada-  
mus, & tanta bona acquiramus dilectissimi fratres,  
omnia peccata, etiam quæ minima dicuntur, studea-  
mus diligentissime euitare, inhærendo vestigijs pijs  
& optimi patris nostri Hugonis, qui purus hinc ab-  
scessit, & securus ad cœlos accessit, vt pijs eius patro-  
cinijs adiuti, cito & immediate ad æterna gaudia per-  
uenire valeamus.

¶ De gaudio sanctorum, de bonitate di-  
uina, de syncerissimo item amore, q̄ deo  
in æterna afficiemur beatitudine.

### Exhortatio II.

**I**ntra in gaudium domini tui. Matthæi 25. Ipsum  
stud est gaudium de quo Isaias loquitur, dicens:  
Gaudium & lætitiã obtinebunt, scilicet beati. Et  
iterum: Gaudebitis & exultabitis in ijs quæ ego creo  
Et iterum: Gaudeat gaudio vniuersi. Replicatur hic  
gaudium propter duplicem lætitiã tunc perfecte ha-  
bendam, scilicet interius & exterius ex gloria animæ  
& corporis. De corporis tamen glorificatione anima  
principaliter non gaudet, sed de beatifica visione dei.  
Illud inquit, mellifluus Bernardus, est verum gaudiũ  
quod non de creatura, sed de creatore concipitur, in  
cuius comparatione omnis iucunditas moror, omne  
dulce amarum, omne decorum est fœdum. Fruetur  
enim in illa felici visione seruus fidelis dei bonitate.  
Gaudium vero est quies de bono adepto. Et quia de  
us est plene bonus, & solus bonus, & super omnia bo-  
nus, & infinite bonus: idcirco gaudium resultans ex  
illo bono adepto inamissibiliter est plenum gaudium  
solum gaudium, super omnia gaudia gaudium, & pa-

Isaiæ. 35

Isaiæ. 65

Isaiæ. 66

Bernard.

Gaudium

fiter infinitum gaudium. Sed quia nos circa creata  
 bona etiam minima occupamur, bonum illud quod  
 deus est, non agnoscimus, & ideo gaudium eius non  
 sapit nobis, propterea nec amamus, nec concupiscimus.  
 Ad excitandum ergo corda vestra, volo aliqua  
 proponere de hac bonitate utcumque cognoscenda.  
 Deus ergo super omnia bonus est, iuxta illud Augu-  
 stini: Neque vlla anima poterit cogitare vere aliquid  
 quod sit te melius, qui es summum bonum. Omnis  
 enim bonitas celestium & terrestrium comparata  
 diuinæ bonitati, malitia est. Hæc immensa bonitas,  
 neque scribi, neque dici potest, neque cogitari. Si enim omnes  
 celestes spiritus & maligni, & omnes animæ creatæ  
 & creandæ scribere vellent bonitatem diuinam, & si  
 quælibet haberet maris abundantiam pro atramento,  
 & cælum pro pergamento, tam immense bonus est deus,  
 quod antequam mediam partem bonitatis scriberent,  
 mare cuiuslibet esset siccum, & cælum cuiuslibet  
 esset repletum, quod nec capere vnam literam posset.  
 Sed verbum est citius dictum quam scriptum. Et si omnes  
 stellæ & singulæ guttæ pluuia: essent linguæ,  
 & proponerent diuinam bonitatem eloqui, tam ineffabilis  
 est bonitas dei, antequam tertiam partem bonitatis enarra-  
 rent, omnes pariter essent mutæ. Citius vero est aliquid  
 cogitatum, quam vel dictum, vel scriptum. Vnde si tora  
 arena maris, & singula semina orta de terra essent  
 corda, & vellent scrutari bonitatem dei, tam superbonus  
 est deus, antequam decimam partem bonitatis eius inuestigarent,  
 omnia corda citius scinderentur. Ecce audisti scriptores  
 innumerabiles, cælos pariter & maria innumerabilia,  
 nec tamen ex eis, vel in eis posse diuinam bonitatem  
 describi vel in parte audiri quod nec dici, nec cogitari  
 potest. Addamus & nos quod omnes & singulæ creaturæ  
 sunt ad deum quasi vestigium eius, quanquam intellectuales  
 & rationales dei imaginem præferant.

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Omnes ergo presentant deum diuersis & innumerabilibus modis, & suum creatorem prædicant, non tamen manifestant, nisi quantum vestigium, vel imago. Et quid est vestigium vel imago ad eum cuius est vestigium vel imago? Vere nihil: Quia infinita vestigia vel imagines fieri possent, & tamen nec ad minimam bonitatem vel preciositatem attingerent vestigiati, vel imaginati, Sic omnis creatura ad deum nihil est etiam. Fruitio itaq; infinitæ huius diuinæ bonitatis producet gaudium immensum. Et hoc ipsum est de quo fidei seruo dicit dominus: Intra in gaudium domini tui, & non dicit, intra in gaudium tuum. Sed est sciendum quod homo cadendo à deo suo, reflexus est inique ad semetipsum, & debitus in eo ordo quo ad deum dirigebatur, peruersus est & destitutus. Hic est quod deum non diligit, sed semetipsum, semper querens quæ sua sunt. Cum vero per gratiam sanatus fuerit, & debito ordine ad deum suum principium, à quo omnia desluunt, restitutus fuerit (quod plene fiet in renouatione æternæ felicitatis) tunc deum diligit propter deum, & seipsum etiam propter deum, tanquam propter suum finem vltimum. Anima enim ibi diligit deum, non ob hoc solum quod sibi bonus est, largus & misericors, sed ob hoc multo fortius, quia simpliciter in se est bonus, largus & misericors. Et quanto syncerius amat deum propter innatam sibi bonitatem, & non propter participationem beatitudinis ipsius, tãto beatior est anima, licet communicatio beatitudinis diuinæ nequaquam ipsam moueat ad illam synceritatem amoris. O quanta iucunditas animæ nascitur, quando creatori vicem rependit in synceritate amoris, quem nulla sanctitas vel bonitas in anima, vel vtilitas traxit ad amorem animæ, sed innata bonitas, vt communicaret animæ æternam beatitudinem in seipso. Ibi etiam anima fruetur deo propter deum, Hoc proprie est frui, & c.

amore inhaerere propter seipsam, non propter aliud commodum. Delectatio etiam qua deum anima apprehendit, accendit eam ad desiderandum multo vehementius propter diuinæ gloriæ manifestationem quam propriam beatitudinem. Et tanta puritate afficitur anima circa deum, vt si vnum deberet eligere de duobus, vel æterna carere beatitudine, vel diuinâ voluntatem vel in se, vel in alijs impedire, multo libentius vellet æterna felicitate priuari, quam dei voluntatem in aliquo retardari, & magnam sibi repræsentaret beatitudinem cum proprio detrimento diuinam implere in omnibus voluntatem. O fratres quâ longe est hæc amoris sinceritas à nobis, qui voluntatem dei impedimus & intermittimus pro minima re atque vilissimâ, imò pro vnicò verbo quod nolumus propter deum tolerare. Ibidem ergo non hic implebitur, secundum sancti dicta Augustini, præceptum de diligendo deum ex toto. Sentiet enim anima & certissime sciet se deum perfecte, & ex omnibus viribus veraciter diligere. Insuper sentiet, & certa erit mille millies amplius se diligi à deo summo amatore & amabili quam ipsa diligit. O quale gaudium talis amor generabit. Vtq; illud quod dominus Iesus appellat in euangelio plenum, ad quod hodie sanctus Hugonem intromisit, dicendo: Intra in gaudium domini tui. Gaudium enim sanctorum est de gaudio dei sui. Ipse gaudet de seipso, ipsi vero gaudent de deo suo. Gaudium hic inchoatur in hac vita per degustationem, propter cordis mundiciam, & in futura vita perficitur, cum perfecte recipitur. Tanta familiaritate beatus Hugo coniunctus erat deo suo ex consortio sermonis domini per iugem contemplationem, & omnium virtutum adorationem, vt in extremis tota fiducia dicere auderet: Non iudicabit, sed gratiæ & misericordiæ dies erit, q̄ ego defungar. Impleuerat enim quod Apo. Petrus monet, vt per bo

Matth. 22  
Matth. 25

1. Petri, 1



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

na opera certam nostram vocationem faciamus. Ex legenda (quæ nobis sub prandio recitabitur) perp̄ clamus, Beatus Hugo quibus operum meritis & vitæ sanctimonia ad tantam securitatem, & ad gaudium domini sui peruenerit. Ibidem inter cætera ita habemus: Promotus Beatus scz Hugo, ad sacerdotij statũ attentissime tanti soluit debitum officij, nouaque ac insolita mens eius deuotione perfundebatur. Domare arctius corporis membra studuit, vigilijs, flagellis, ieiunijs, & (iuxta morẽ ordinis) cilicio, & potu aquæ cum pane arido. Nihil omisit de austeritate communis regulæ, imò pecularia plurima supererogauit. Vnde & meruit intrare gaudium domini sui.

### ¶ Talenta a deo concessa vtiliter esse multiplicanda. Exhortatio. III.



Omo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, Matthæi vigesimo s. Hæc sancti Euangelij verba frequenter nobis recitantur, nõ vt tedium ingerant, sed nouum feruorem, nouam sollicitudinẽ, nouã attentionem, nouam gratiarum actionẽ. Hoc quippe in nobis verba sancti spiritus agere debent (si vere filij dei sumus) vt semper nouã deuotionem ingerant, semper in spiritu nos renouent. Dominus em̄ Iesus postquam post mortem (per quam vniuersum mundũ viuificauit) cælos ascendit, non solum dona hominibus dedit, sed etiam monitionẽ saluberrimã reliquit, vt vnusquisque studiosè pensaret, qualia & quæ ab ip̄o dona accepisset, & de reportãdo fructu sò licite cogitaret. Nõ negligenter itaq; & perfunctorie audiamus monitionem eius fratres mei: q̄a dona sua in nobis p̄ciosa multiplicauit dominus Iesus valde. Omnia em̄ quæ in nobis sunt (excluso peccato) dona

eius sunt. Obruit nos beneficijs suis, quis ea numerabit? Pro singulis tamen rationem reddemus. Euigilant ergo ad sancti euangelij monitionem corda nostra. Pauca tangere volo, ex quibus alia perpendere poteritis, quæ nos cum beato patre nostro Hugone possidemus ( quibus cum reportatione bonorum fructuum usus est ipse ) ut & nos simili modo, ipsius adiuti meritis & exemplis, donis dei cum merito reportare contemdamus. ¶ Inveniuntur aliqui naturaliter læti & hilares. Hi donum lætitiæ, & talentum acceperunt hilaritatis. Talentum hoc nobile est & preciosum. Videant qui huiusmodi sunt, quod talentum hoc in laudem dei, & suæ salutis profectum expendant. Lucrum huius est materiam laudabilis lætitiæ studiose querere & inuenire. Lætari de suo & proximi profectu spiritali, de interna gustata requie gaudere, de pace dei & fiducia futuræ beatitudinis hilarescere, sicut monet scriptura: Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Et: Seruite domino in lætitia. Non est delectamentum super cordis gaudium. Lætitiæ sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiæ obtinebunt. Sunt autem nonnulli qui hoc talentum ad lucrum spirituale non expendunt: quia laborare in spiritali negotiatione nolunt, sed totum gaudium suum in carnalibus voluptatibus, in honoribus & dignitatibus & terrenis commodis ponunt. Hi lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Talentum quippe nobile est, sed raro vtiliter expenditur, quia in terra absconditur.

¶ Sunt alij qui naturaliter sunt tristes. Hi talentum tristitiæ acceperunt. Ponderosum est talentum hoc. Lucrum huius est, tristari de sua & seculi iniquitate compati proximo, cõdolere dño Iesu Christo, super dilatione gloriæ sempiternæ contristari. Et si ponderosum sit hoc talentum, tamen bene in negotiatione expensum fructiferum est valde. Hi beatificantur &

Psal. 133.  
Psal. 99.  
Ecclesi: 30  
Isaiæ. 35

Prouc: 2



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Luc. 6.

Math. 5

domino. Aut enim: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et alibi: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sunt tamen nonnulli qui tristitia opprimuntur & absorbentur, quia laborare fortiter in negotiatione tristitiæ recusant. Tales dolent de paupertate, & super his quæ à deo iuste in se & seculo permittuntur. Dolent etiam de profectu proximi, & turbescunt invidia & odio, & replentur iniquitate. Murmurant & detrahunt, & nunquam quietantur, quia terrena sapiunt, in quibus talentum abscondunt. ¶ Item sunt alij ex natura fortes, & sani. Hi recipient talentum sanitatis. Lucrum horum est in iustis re operibus bonis secundum statum eorum in quo positi sunt. Monachi Carthusienses laborant in ieiunijs in abstinentijs, in solitudine, in silentio, in orationibus, in meditat. onibus attentis, sicut coram deo, quæ sentiant præsentem & intuentem, in laboribus manuum, in cantu quotidiano, non parcendo vocibus, etiam si voces non sint sonoræ. tamen tantum laborant, quasi alia vox sonora nõ audiretur: quia parvæ voces melodiam reddunt, sicut parvæ musæ in organo quod organisatur perficiunt, & sicut parvæ stellæ firmamentum illustrant, quanquam non videantur. Hi tales monentur ad laborem. Unde Ecclesiastes dicit: Quodcumque potest manus tua, instanter operare. Et Apostolus: Labora sicut bonus miles Christi. Sunt tamen nonnulli qui talentum fortitudinis & sanitatis in terra recedunt, quia sola terrena quærit, ut sint plures mercatores, p̄dones, stipendiarij, latrones, & alij innumerabiles, habentes sanitatē venales p̄ floreno, aut paucissimis nummis. ¶ Sunt & monachi qui pro laboribus sui ordinis solū humanū fauorē, aut terrene retributionis mercedē querūt. Et si quod ex iniunctiōe operari debēt, nisi mercede aliq̄, aut grā conciliantur, inuoluntarios se exhibēt. Alij nõ aliud, q̄ quod ex propri-

Eccles. 9.

2. Tim. 3

arbitrio volunt, operantur. Hi talentum non multiplicat, sed in terra abscondunt. Sunt alij qui ex natura sunt infirmi & debiles. Hi talentum infirmitatis acceperunt. Talentū istud est magni p̄c̄ij, & bene expositum, multiplicat meritum. Lucrum eius est æq̄ animo dolores & p̄nas, cæteraque incōmoda egri- tudinis tolerare. Patientia ergo est eis necessaria: Pa-  
 tencia autem opus perfectum habet, Hos cōsolatur **Jacob. 1**  
 Apostolus, dicens: Non sunt condignæ passiones hu- **Roma. 8**  
 jus temporis ad futuram gloriam. Et Gregorius: Cō **Gregor.**  
 sideratio p̄amij, minuit vim flagelli. Et Isidorus in **Isidorus.**  
 libro de summo bono: Qui vitæ futuræ p̄mia dilige-  
 ter cogitat, omnia mala p̄sentis vitæ æquanimiter  
 portat. Sunt tamē nōnulli, qui talentū infirmitatis in  
 terra abscondunt, qui corporis sui terrestris volupta-  
 tes diligunt, qui eius incolumitatem contra condito-  
 ris sui ordinationem quærunt, idcirco contra deum  
 murmurant, sanctis eius maledicunt, ministros suos  
 contristant, & delectationes quas in corpore sano  
 habere nō possunt, in cōfabulatiōibus, in remissioni-  
 bus & recreationibus, in cibis & potibus, & ijs simili-  
 bus indecenter requirunt. Tales ergo talentum infir-  
 mitatis eis datum, in lucrum non expendunt. Hos **1. Cor. 10**  
 monet Apostolus: Ne murmuraueritis, sicut quidam  
 eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminato-  
 re. O quot sunt murmuratores contra infirmitatem  
 nescientes quōd vtilior sit eis infirmitas quā sanitas.  
 Vnde cum quidā à Iohanne eremita peteret, vt  
 à tertiana sanaretur, respondit: Rem tibi necessariam  
 cupis abijcere? Hæc charissimi fratres (licet inculte)  
 tamē pio & amoroso corde ex officio pastoralis curæ  
 vobis proponere curauī, vt ex his quæ vix pro talen-  
 tis numerantur (& tamen veraciter talenta sunt)  
 alia multa in vobis similia inquiratis. Et omni-  
 no satagate, vt sine fructu aut lucro cum illis ad domū  
 eum non redeatis.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

De pietate, miseratione, &c. & de operibus misericordie corporalibus & spiritalibus. Exhortatio III.



Infantia mea creuit mecum misratio, Et de utero matris meae egressa est mecum. Iob 31. Diuersi homines ex complexione naturali habent varias inclinationes ad actus virtutum, quia alii sunt proni ad liberalitatem, alii ad castitatem, & sic de alijs, & talis inclinatio crescit per exercitium: Sic beatus pater Hugo cum sancto Iob, ex complexione ad misericordiam pronus erat. Et haec inclinatio per continuum exercitium in eo creuerat. Possunt haec ex gestis eius colligi, quae utinam oia conscripta essent. Nostri enim patres, suorum mortuorum acta parum curare videntur, committentes bonorum operum remunerationem deo. Hic accidit quod conscriptor gestorum sancti Hugonis, ordinis nostri non fuit: Laudauit Hugonem os alienum. Inter caetera vero laudum praeconia, miserationes eius commendantur, ut merito de eo dici possit sententia S. Iob prophetae: Ab infantia mea creuit mecum misratio. O quantum hoc consonat humanae naturae, quae secundum se praefert miserationem, Est quippe homo animal rationale, mansuetum, sociale. Ratio dicitur miserationem quia, ut ait beatus Ambrosius, nihil est sic secundum naturam, quam iuuare naturam. Mansuetudo vero portat onus miserationis, socialitas exigit, Beati igitur misericordes ex naturali complexione, beati ex exercitio, beati ex gratia, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Quare? Quia misratio hominem per gratiam consortem facit dei, Sicut ergo homo ex miseratione iuuat consortem naturae suae, ita deus (cui proprium est misereri semper

Iob. 31

Ambrosii .

Matthae. 5

& parcere) vult iuuare coniorrem naturæ suæ. Opti-  
 ma ergo virtus, quæ hominem in condita ad imagi-  
 nem & similitudinem dei natura conseruat, & diui-  
 næ naturæ consortem facit, & in filium dei commu-  
 tat. Ideo dicit dominus: Estote misericordes, sicut &  
 pater vester misericors est. Homo ergo misericors, si-  
 lius dei patris est. Itaq; fratres charissimi, cum beato  
 patre nostro Hugone, iuxta hortamenta Apostoli  
 Pauli, dei imitatores estote, sicut filij charissimi, &  
 ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos. Et  
 denuo: Induite vos sicut electi dei, sancti & dilecti, vi-  
 scera misericordiæ, &cæ. Quia, vt testatur Ambrosi-  
 us, omnis summa Christianæ disciplinæ consistit in  
 misericordia & pietate, quæ virtus secundum Cyril-  
 lum, nos deo reddit conformes. Sed nūc attendamus  
 quid est misericordia. Dicit Augustinus 9 de Ciui-  
 tate dei: Misericordia est alienæ miserię in nostro cor-  
 de compassio, qua (si possumus) subuenire compelli-  
 mur. Hæc est maxima virtus secundum se considera-  
 ta, quia deo propria est: Non secundum quod sonat pas-  
 sionem, sed secundum effectum, qui est quod alij se  
 effundat, & quod plus est, quod defectus aliorum suble-  
 uet. Et hoc inquit, maxime superioris est. Vnde &  
 misereri ponit proprium deo. Et in hoc maxime di-  
 citur eius omnipotentia manifestari. Inter oēs etiam  
 virtutes quæ ad proximum pertinent, potissima est  
 misericordia, sicut etiam est potioris actus. Nam  
 supplere defectus alterius, in quantum huiusmodi est  
 superioris & melioris. Gaudete igitur fratres, qui cū  
 deo & sancto Hugone, & alijs magnis sanctis, aliorū  
 fratrum miseras, infirmitates, onera morum & corp-  
 orum portatis, & defectus (eis seruiendo) impletis.  
 Magna em̄ misericordia veniet super vos, & releua-  
 bit in tempore necessitatis. Sunt aliquæ virtutes quæ  
 conueniunt cum misericordia in eodem effectū, scilicet  
 et phibere, vel portare, aut supplere defectus proxi-

Lucæ 6

Ephesi. 5  
Coloss. 3

Ambrosi.

Cyrillus.

Augustin:  
Misericor-  
dia.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- morum, sed differunt quantum ad motiuum, quia mi-  
 sericordia hoc facit ex amicitia vel amore, reputans  
 malum alterius tanquam suum, propter vniouem a-  
 micitie, vel naturæ. Pietas facit hoc ex reuerentia,  
 quam habet ad superiorem, scilicet parentem. Man-  
 suetudo facit hoc, inquantum remouet iram incitan-  
 tem ad vindictam. Clementia vero facit hoc ex ani-  
 mi lenitate: & hæc proprie est diminutiua pœnarum  
 cui opponitur crudelitas, quæ excedit in pœnis. Pro-  
 pter hanc vicinitatem sæpissime fit, quod vna virtus  
 ponitur pro alia. Quia misericors semper appellatur  
 pius, mansuetus & clemēs, qui etiam dicitur bonus  
 & charitativus. Et profus quicquid animi dulcedinem  
 redoleret, misericordi ascribitur. Ecce quantis bonis di-  
 tatur & decoratur homo, & frater misericors. Sed  
 sicut est qui nequiter se humiliat, interiora vero eius  
 plena sunt dolo, ira inueniuntur qui exterius videntur  
 velle ex charitate alienam miseriam tolerare, sed in-  
 terius potius quærunt alijs dominari. Quando quis  
 dem angelus tænebrarum transfiguratur se in angelum  
 lucis, & malitia hominis in vmbra virtutis. **C**õ-  
 sequenter cõsideremus aliqua de operibus misericor-  
 diæ corporalibus & spiritualibus. Sunt autem sex o-  
 pera misericordiæ à domino in euangelio commen-  
 data, quæ impendantur viuentibus, quæ tam grata  
 sunt ipsi domino deo nostro, vt reparet sibi facta, quæ  
 nostris proximis fuerint impensa. Et sunt hæc pascere  
 esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recol-  
 ligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum  
 His vero additur sepultura mortuorum, vt patet per  
 Augustinum in libro de cura pro mortuis agenda.  
 Quia pertinet ad defunctum quid de eius corpore a-  
 gatur, quia eius honor deonestatur, si insepultus  
 relinquitur, quem honorem viuentes debent custo-  
 dire, sicut vellent sibi fieri. Et secundum hoc cõmen-  
 dantur alij qui de mortuorum sepultura, vt Tobias, &
- Ecclesi. 19**  
**2. Cor. 11.**  
**Matt. 25**  
**Misericor-  
 diæ opera.**  
**Augustin.**  
**Tobi. 2**

Illi qui dñm sepelierūt. Cōmendatur de hoc p̄cipue, Matth. 27  
 & etiā alijs misericordię opibus noster paterianctus Marc. 15.  
 Hugo. Et quis digne laudare potest opus illud misē- Luca 23  
 ricordię, quo furem ab imminente morte atq; iu- Iohan. 19  
 spendio liberauit? Et vos fratres. licet relinquēdo o-  
 mnia nihil reseruastis pauperibus tribuēdū, nec visi-  
 tare potestis infirmos, &c. tamen inuicem ministran-  
 do, excellētius præscripta misericordię opera imple-  
 re potestis, cibando, potando, vestiēdo, recolligēdo  
 ad diuersa loca cellæ, & visitaudo fratrem infirmum,  
 non ad fabulandum (vt assolet fieri) sub prætextu o-  
 peris misericordię, imō vere propter opus dissolutio-  
 nis, sed propter opus ministrationis ac subuentio-  
 nis, quia melior est ( vt dicit̄ in libro de ecclesiasticis Augustin.  
 dogmatibus) pro intentione sequendi dominum in-  
 simul donare, & absolutū sollicitudine egere cū Chris-  
 to, quā faculrates cum dispensatione pauperibus  
 erogare. Simili modo potestis redimere captiuum, vt  
 puniendū, si affuerit, p̄ eo rogando, & sepelire defun-  
 ctum. Hęc sufficiant de operibus misericordię corpo-  
 ralibus dicta. Opera misericordię spiritualia sunt hęc  
 Docere ignorantē, consulere dubitanti, consolari tri-  
 stē, corrigere peccantem, remittere offēdenti, por-  
 tare onerosos & graues, & p̄ oibus orare. Quā ma-  
 gnifice enituerunt hęc in beato nostro patre Hugōe  
 vt patet intuenti decursum vitæ suæ. Et p̄cipue in eo  
 q̄d est difficillimū, scz corrigere peccantē, in q̄ pseue-  
 raui, etiā inter micantes gladios, & alia grauissima  
 picula. Ex q̄ lucide patet, q̄to studio alia leuora mise-  
 ricordię opa p̄fecerit, & in ipsis pseuerauerit. Idcirco  
 (haud dubiū quin in testimoniū miserationū eius) in  
 die eleuatiois seu trāslatiois, ossa eius diuinit̄ mana-  
 re oleū reptā sunt. Hęc misericordię opa fratres, sicut  
 veri religiosi implere possum & tenemur, Sed quid  
 p̄dest, si q̄s proximo misericors fuerit, & sibi ipsi crude-  
 lis? Certe nihil. Ea p̄pter cōsulit̄ singulis in li. Eccl. vbi



D. PERTI LEYDIS CARTHVS.

**Ecclesi. 30** dicitur: Miserere animæ tuæ placens deo: Igitur esu  
**Ioian. 3** rienti primo animæ præstāndus est cibus: Meus cibus  
 est, dicit dñs Iesus, vt faciam voluntatem eius q misit  
 me. Sit etiam noster cibus electus. Optimus cibus hic  
 omni animæ viuenti, quia restaurat deperditum, pa  
 scit, nutrit, & fouet atq; confortat hominem in vita  
**Gregor.** diuina viuentem. Ideo dicit Gregorius, q cibus mē  
 tis est verbum veritatis. Illud enim docet voluntatē  
 dei. Qui ergo vult viuere in deo, perpēdat semper an  
 faciat voluntatem dei.

**Ecclesi. 15** ¶ Secundo, potus præstāndus est aīa sitiēti, q est  
 aqua sapientiæ salutaris. Hæc aqua vigorosior vino,  
 lætificat bibentē atq; inebriat. Quæ si defuerit cōs  
 edenti, cibus ei nihil proderit. Oportet enim nedum  
 facere voluntatem dei, sed etiam diligere. Dilectio ve  
 ro cognitum, suæ reddit & sapidum. Vnde dicitur  
 sapientia quasi sapida scientia, & est proprie diuino  
 rum. Quæ si defuerit seruienti deo, non diu perseues  
 rabit in bono. Ipsam igitur petere debemus à deo, &  
 omni studio adipisci, vt animam nostram potemus.  
 Potus corporalis est vehiculum cibi, quo nutrimentū  
 ad nutrienda membra deuehitur. Sic est spirituali cī  
 bo sapientia.

**Matt. 20** ¶ Tertio, vestiēda est anima veste charitatis, quę  
 est vestis nuptialis, ne torpeat in tepore acedīæ, aut  
 frigore tabescat iniquitatis, aut nuditate meritorum  
 quia sine charitate nulla sunt opera bona, aut merita  
 & in multitudine peccatorum & ignominia confun  
**1. Petri. 4** datur. Charitas enim operit multitudinem peccato  
**Proue. 10** rum, & vn̄uersa delicta, sicut dicit scriptura. Sine  
 hac veste, nec cibus prodest animæ, nec potus, quia si  
 ne charitate vana sunt omnia opera & scientia.

¶ Quarto visitanda est anima ægrotans in varijs  
 defectibus vt adiuetur per salutarem penitentiam.

¶ Quinto animam inter varia & multiplicia peti  
 cula exulantem recipere debemus in hospitio veras

virtutum, vbi tute se valeat conseruare ab inuafione latronum & crudeliūm beftiarum.

¶ Sexto incarceratam in hoc mortali corpore animam educere debemus, per contemplationem æternorum. ¶ Septimo, mortuam animam sepelire debemus in deo, iuxta illud Apoftoli: Mortui enim estis fcilicet peccato. Sed vbi fumus feptulci? Sequitur. Et vita vefta abfcondita eft cum Chrifto in deo. Felix feptura, quam etiam fequitur beatiffima refurrectio.

Coloff. 3

¶ De cognitione diuina omnium fecretorum, & de occultis luxuriæ motibus.  
Exhortatio V.



Enum illius teftis eft deus, & cordis illius feutator eft verus, & linguæ illius auditor. Sapiëntiæ primo. Ad fructuofum auditum & falutarem intelligentiã præfatorum verborum fratres chariffimi requiritur attenta & illuminata fides.

Quamuis enim fides ipfa fit lumen, nonnunquam tamen eft nubiloſa, vt fecundum eam fiat confideratio vel nulla, vel modica. Et tunc eft actu infructuoſa. Quapropter neceſſaria eft oratio, ſicut fecerunt Apoftoli, & eccleſia, vt augeatur nobis fides, id eft lumen fider. Hæc fides neceſſaria eft ad fructuoſe audiendum & intelligendum verba prædicta. Nam vt inquit ſanctus Auguſtinus, multi idcirco male agunt, quia purant ſe non videri à deo. Sed audiant tales & intelligant quod dicitur à ſpiritu ſapiëntiæ & veritatis: Renum illius teftis eft deus, & cordis illius feutator eft verus, & linguæ illius auditor. A ſiſpulatut ijs verbis Apoftolus, dicens: quod deus diſcretor eft cogitationum & intentionū cordis, & quod non eft vlla crea

Auguſtin.

Sapiënt. 1  
Hebræ. 4



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tura inuisibilis ei, sed omnia nuda & aperta sunt eius oculis. Ipse quippe est prima causa omnium, sine qua nulla causæ aliquid possunt. Ipse est ipsam esse, sine quo non potest aliquid esse. Ipse est primum mouens sine quo nihil mouetur, nihil operatur, siue malum siue bonum. Ipse est ipsa cognitio & notitia, ergo oia sunt ei nota ab æterno vsque in æternum. Ergo inquit Augustinus, velis nolis videt te. O quale gaudium ex hoc hauriunt casti renes, & munda corda, & lingua bene regularæ. Excedit gaudium hoc omnia gaudia mundi atque delicias. Vnde dicit Psalmista: Cor meum & caro mea, exultauerunt in deum viuum. Et: Memor fui dei & delectatus sum. E contrario de malis dici potest: Timor & tremor venerunt super nos, quia veniunt in cogitatione peccatorum suorum timidi. Videntes enim deum omnia videre, turbantur timore horribili, eo quod deus terribilis est in consilijs super filios hominum malos. Præsentia quippe dei, quæ est iucunda mentibus nitidis, hæc est pœna maculosis. Putant tamen quidam deum non videre omnia, non quia non potest videre, sed quia non vult videre. Ita enim putant deum videre sicut videt homo: & cum multa sunt vilia & turpia, credunt quod deus dedignatur videre talia. Vnde dicit Augustinus: Turba dicit: Ecce modo inde cogitat deus, vt sciat quid facio in domo mea? & curat deus quid velim agere in lecto meo? Quasi diceret turba: Non decet hoc deum, quia homo talia non solum videre, sed etiam dedignatur audire. Hic errat turba, putans quod notitia dei, vel scientia est similis humanæ scientiæ vel notitiæ, cum tamen sit maxima differentia atque distantia. Homo quippe sensibilibus rebus accipit notitiâ per sensus, colligendo per similitudines rerum phantasmatâ, à quibus abstrahendo species intelligibiles. Enim siue venit in notitiâ rerum intellectualem. Ex hoc patet quod turpes species rerum homo in sua cognitiõe

Augustin.

Psalm. 83

Psalm. 76

Psalm. 54

Sapient. 4

Psalm. 65

August.

recipit. Quapropter inoleuit apud omnes laudabilis  
 consuetudo, vt cum velit quis referre aliqua, in noti-  
 tiam deducenda per phantasmata, vel turpia, vel irri-  
 tatiua, semper pręmittit hæc vel similia verba, salua  
 reuerentia, vel cum licentia vestra: & hoc quo ad tur-  
 pia, vel salua pace vestra: & hoc quo ad prouocantia  
 quia iniuria quædam videtur, al cui turpia vel pro-  
 uocatiua ingerere, dicendo aliqua de immunditia re-  
 num, id est, luxurię, vel stercoreum, vel calciamentos-  
 rum, aut certe dicendo: tu parcis veritati, aut, hoc nõ  
 est verum, &c. Deus vero omnia agnoscit per essentia  
 am suam vnico contuitu & actu incommutabiliter &  
 infallibiliter. Quę cognitio excedit intelligentiã no-  
 stram, vbi omnia sunt munda atq; purissima, ac paca-  
 tissima. Possem similitudinẽ adducere corporalem, q̃  
 tñ in infinitum distat à deo, ponamus tñ: Sol purissi-  
 mus scrutatur suis mundissimis radijs cloacę for-  
 des, exiccat atq; purificat, nec tñ radij inficiunt, nec  
 solis essentia. Itaq; citra oẽm iniuriã cognoscit deus  
 oẽm creaturã, & vniuersa, quę agunt in ea. Renum  
 ergo testis est deus. Nouit & intuetur oẽs motus lu-  
 xurię, secundum oẽm differentiã eius clarissime. Scru-  
 tatur & discutit plenissime causas & origines occultif-  
 simosq; motuum & stimulosq; carnis. Multitudinem  
 ac numerum stimulorum simplicium ac libidinososq;  
 secundum oẽs gradus eorundem considerat & dele-  
 ctationes, demerita quotq; iustissime ponderat. Cogit-  
 ationes circa hæc, resistẽtias, ac displicentias, vel as-  
 uersiones. Insup negligentias, dissimulatiões, cõplacẽ-  
 tias, semicõsensus, aut plenos cõsensu plenissime scru-  
 tat, redditurq; vnicuiq; scdm merita sua. Et cũ suffice-  
 ret monuisse hoiem, pro sua vigilantia excitada, deus  
 cordis fore inspectorẽ (in q̃ formalis cõsiciẽ p̃ctm) tñ  
 placuit deo vt intermissis oibus secretosq; aiã sedibus  
 sup secretis renũ deo cognitis, specialiter homo cõmo-  
 neret q̃ in ipsis maior est nature destitutio, & proclã



D<sup>o</sup> PETRI LEYDIS CARTHVS.

uor ad peccatum inclinatio. Rapitur ad oblectamen-  
ta eorunde. facilius animus, & in tanta caligine res  
hæc periculosissima agit, vt inter delicias venenosissi-  
mas & semiuigilias, vix aut non omnino discerni va-  
leat qd animus velit, quid nolit. Patimur hæc propter  
originale delictum, interdum vero propter peccata  
propria, per q̄ natura vitata, ad consuetos actus niti-  
tur redire. Et interdū hæc maledicta lues in tm̄ sequit,  
vt inter nefarios prurit<sup>9</sup> & motus, foedissimos humo-  
res nequa q̄ euadat. Ingens & periculis plena in cons-  
pectu diuinæ maiestatis pugna, raro plena victoria.  
O q̄ pauci sunt vere virgines. Triumphus vero est  
gloriosissimus, de cuius laude sanctus Cyprianus in  
lib. de virgin. Nunc, inquit, nobis ad virgines sermo  
est, quare quo sublimior est gloria, eo maior est cura.  
Flo. est ille ecclesiastici germinis, decus atq; ornamē-  
tum gratiæ spiritualis, illustrior portio gregis Chri-  
sti Quæ illustrietas intelligenda est in genere castita-  
tis, quia præfertur castitati viduali & matrimoniali.  
Manifestum est enim quod sunt aliæ virtutes præstā-  
tiores virginitate, vt sunt virtutes theologicæ, relis-  
gio atq; martyrium. Vnde Aug. in libro de virginita-  
te ait: Nemo, quantum puto, ausus fuit virginitatem  
præferre monasterio. Ecce fratres propter virtutem  
religionis, esse in monasterio præfertur virginitati.  
Item Augustinus: Præclarissimum testimonium per-  
hibet ecclesiastica authoritas, in qua fidelibus notum  
est, quo loco matyres, & quo defunctæ sanctimonias  
les ad altaris sacramenta recitentur. Per quod datur  
intelligi quod martyrium virginitati præfertur, & si  
militer monasterij status. Felix in quo præclaræ vir-  
tutes nitore virginitatis decorantur. Igitur charissis-  
mi fratres, siue virginali castitate, siue viduali præ-  
cincti estis, oportet contra illecebras carnis prælia-  
ri. Et curate ne pro momentanea libidine, scilicet ex-  
ecrabili foedissima voluptate, omnes labores vestros

Cyprian.

Aug.

Idem.

Christo impensos, æternam quoque felicitatem perdat. Multum iuvat certantem consideratio præsentis infallibilis testis, de quo dicit: Renum illius testis est deus. Humilis quoque & feruens ad eundem intuitum certamen, pro auxilio obtinendo, deprecatio. Valent etiam hæc contra omnia vitia devincenda, quorum radix latet in corde. Unde sequitur: Cordis illius scrutator est verus. Veraciter enim cognoscit deus omnes motus cordis, etiam abditissima ipsius intentionis antra scrutatur, quæ sæpe latent & fallunt ipsam cogitantem & intendentem. In omni ergo tentatione, præsentem dei vultum cum reuerentia & metu, & humili prece requiramus, ut omnes laqueos peccatorum euadamus. Qui autem voluerit in promptu vultum domini inuenire, necesse est quod in diuina præsentia sicut cum intuentem, se studeat seriosissimè firmissima fide exercitare, donec sentiat se à deo continue videri. Cum vero ad hoc peruenerit, ut credat & sentiat quod renum eius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, tunc facillime sciet, quod linguæ eius etiã auditor sit, & operæ inspector, iuxta quod ait Psalmista: Qui intelligit omnia opera eorum. Tunc demum (nisi omnino cum Balaam obduratus fuerit) nedum facile declinabit à malo & faciet bonum sed etiam intimo corde tantæ præsentis maiestatis, castissimam reuerentiam, & tali amabili ac amatori, purissimam impendet dilectionem. Hoc sensisse videtur sanctus Boetius, quando dicebat: Indicta est vobis magna probitatis necessitas, si dissimulare non vultis, quia omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Intueamur charissimi fratres sanctum patrem nostrum Hugonem, cuius nobis hodie ad imitandum sanctitatis imago proponitur. Hic credens renum eius testem deum cum fatigaretur, carnis tentationibus, & ardentissimis eius stimulis vrgeretur (quamuis virginæ esset puritatis, & continentissimæ &

Sapient. 1

Psalmi. 32

Numer. 23

Boetius

proia 5. li.

3. Consol.

philosop.



## D. PERTI LEYDIS CARTHVS.

abstinētissimæ vitæ) perseuerauit in bello, fortissime renitendo, ab imaginatione libidinosa auertendo, deum inspectorem contemplando, ipsum deprecando, per meritum dei genitricis, sancti quoque patris Basilij remedium impetrando, donec tandem triumphum gloriosum reportaret. Credens etiam cordis eius scrutatorem verum existere deum, seruare studuit innocentiam, vitæ vacando contemplatiue, que cordis requirit mundiciam. Vnde ab ineunte pueritia vitam duxit monasticam. Sciens vero deum auditorem forè linguæ, factus est diligentissimus cultos oris sui, donec aperiret dominus os ipsius, & linguam referaret: & tunc non siluit amplius. Factum est Hugoni sicut auibus qui recluduntur in tenebris & solitudine, vt discant canere, tandem in lucem feruntur vt suo cantu homines melodia afficiant. Sic sanctus Hugo primo reclusus in solitudine & silentio, tandem eductus à domino, melos dulcissimum edidit, doctor factus sermocinando egregius, consultor optimus, ius dex rectissimus, defensor iustitiæ etiam inter micantes gladios inuictissimus. Itaque tametsi persequutor sanguinem non fuderit & (vt de sancto Martino canitur) animam eius gladius persequutoris non abstulit, dignitatem tamen martyrij non amisit: Et qui sæpius pro iustitia & pro subditis suis animam suam posuit, sciri potest, qualis est & quantus in cæteris animæ virtutibus & meritis fuerit.

### ¶ De gaudijs diuersis. Exhortatio VII.

**I**Ntra in gaudium domini tui. Matthæi 25. Multa fratres charissimi gaudiorum genera in scripturis sanctis legimus, sed ex tanta numerositate, fideliter seruo in præmium vnum tantum promissum existis verbis intelligimus: gaudium videlicet domini sui. Primum igitur (ad euitandam æquiocationis fallaciam) dicendum erit de gaudijs diuersa acceptione.

Secundo de gaudio domini (in quod sanctum Hugo<sup>o</sup> nem hodierna die recolimus ingressum) referendum erit. Quantum ergo ad primum, ut differentias gaudiorum facilius intelligamus, descriptionem gaudij audiamus. Gaudium est passio concupiscibilis, proueniens ex adeptione boni proprii coniuncti, siue presentis, Sciendum, quod extero nomine, bonorum quoddam est vanum & periculosum, sicut est prosperitas mundi, quoddam est perniciosum & insanum, sicut est voluptas peccati, quoddam est laudabile & gratiosum, sicut est operatio iustitiae, quoddam est bonum vere & gloriosum, sicut est visio dei. Ex hoc itaque bonorum principali adeptione, gaudiorum diuersitas oritur. Ex primo namque bono, scilicet prosperitate mundi, oritur gaudium mundi. Ex secundo bono, scilicet voluptate peccati, nascitur gaudium peccatoris & impij. Ex tertio bono, scilicet operatione iustitiae, procedit gaudium iusti & electi dei. Ex quarto bono, scilicet visione dei, exurgit gaudium domini nostri. Ea vero haec gaudia inter se habent connexionem, ut ex primo secundum, ex tertio vero proueniat quartum. Ad euitandum igitur secundum, declinandum est a primo. Ad consequendum quartum, inharendum est tertio. Quod quodam studiose fecerit S. Hugo, eius legenda testatur. Nam militie spirituali penes ab infantia traditus, ita vanum & periculosum gaudium mundi declinauit, ut ipsi nec modicum quod ipse cum coeuis puerulis gustare concessum sit. Fidelis per omnia seruus & prudens, qui iugum domini ab adolescentia portauit, mundi vanitatem seu gaudium, gloriam generis, diuitiarum affluentiam, ciborum delicias, carnis voluptates, ludos & iocos, similia quoque mundanarum rerum solatia tam solacite fugit, ut seculi vanitates in monasterio, nec alij quidem referre, vel voluerit, vel quauerit: quia talia nunquam didicerat. Usquequo igitur nos graui corde fratres mei, ut quid diligimus vanitatem, mundanorum conuersationem & fabulamenta, inania

Gaudium.

Threno. 3

Psalm. 4



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gaudia & solatia iam iamque peritura, quæ omnia militant cōtra nomen nostrum? *μόνος* enim græce, vnus latine dicitur, *ἄχος* græce, tristis latine sonat. Vnde *μοναχός* vnus tristis dicitur. Agnoscat igitur monachus nomen suum, sedeat tristis, & officio suo vacet. Officium autem istud quale sit, diuus Hieronymus ostendit, dicens: Monachus plangens habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat. Vere salubre hoc officium, sed nō tantum monachis, sed omnibus discipulis Christi necessarium, & a domo no commissum in vltimo vale, cum dixit: Mundus gaudebit vos autem contristabimini: Sed o beata tristitia, quæ & consolationem & gaudium in repromissionem accepit, Consolationem quidem, cum ait: Beati qui lugēt, quoniā ipsi consolabūtur. Gaudiū verō cū dicit: Tristitia vestra yteur in gaudiū. Hoc nimis est, quod diuus Augustinus libro sol: loquiorum ad dominum loquitur, dicens: Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribus, qui consolationem huius mūdi pro tua perpetua consolatione contemnūt. Nam qui hic consolantur, indigni tua consolatione habentur. Sed qui hic cruciantur, a te consolantur. Et qui participant passionibus, participant & consolationibus. Nemo enim potest in vtroque seculo cōsolari, nec potest quis hic & in futuro gaudere, sed vnum necesse est vt perdat, qui alterum voluerit possidere, quia iustum est vt amittat te, qui cunq; in aliis quo alio magis consolari elegerit quā in te: Sapiēs denique huius mundi gaudiū vanitatem simul & periculositatem intelligēs, dixit: Risum reputaui errorē, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Plane decipis & desipis. Quia (vt Beatus Augustinus testatur) verum gaudium in hoc mūdo nec fuit, nec est, nec esse poterit. Sanctus igitur Hugo ad imirandum nobis propositus, quia primum gaudiū sc; mundanū, prus

Monachi  
officium  
quid.

Ioha. 16

Matth. 5  
Ioh. 16.  
August.

Ecclesi.

August.

denter declinavit, ideo secundum gaudium, sc; pecca-  
 toris & impij, vitare facilius potuit. Hoc gaudiū illo  
 rum est. qui iuxta Salomonis testimonium, latantur  
 cū male fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Quod  
 quā pernitiosum sit, testatur Beatus August. dicens:  
 Nec quodlibet scelus coram deo tam abominabile est  
 quā peccata sua vnumquemque nostrum gaudēdo  
 reminisci, inde & exultare, atque in eis semper iacere  
 Huiusmodi & si gestire videantur, gaudere tamē nō  
 possunt, quia non est gaudere impijs dicit dominus.  
 Sicut autem luctui sanctorum consolatio & gaudiū  
 succedunt, ita peccatorum insana gaudia luctus com-  
 mitatur, dicente scriptura: Rīsus dolore miscebitur  
 & extrema gaudiij luctus occupat: Occupat sane,  
 & diu subsistere non finit. Gaudium enim hypocris-  
 tae ad instar puncti, ait I O B. Et iterum: Tenent  
 tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum or-  
 gani, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infer-  
 na descendunt, vbi (iuxta dominicam sententiam)  
 erit fletus & stidor dentium. Sed longe hoc a Beato  
 H V G O N E, cui hodie dictum est: Intra in gau-  
 dium domini tui, Quod (vt dictum est) illis concedi-  
 tur qui inhærent tertio gaudio, qd gaudiū iusti vo-  
 catū est. Virtuofus em̄ (vt A R I S T O T E L E S  
 libro nono Ethicorum testatur) his qui secundum  
 virtutem sunt actibus gaudet. Hinc & per Salomo-  
 nem dicitur: Gaudium est iusto facere iudicium. Sic  
 simili ratione gaudium est casto seruare continentia  
 gaudium est pacifico facere pacem. Gaudium est pa-  
 tienter iniurias patienter ferre: quemadmodum &  
 A P O S T O L I gaudentes ibant de conspe-  
 ctu concilij, quoniam digni habiti sunt pro Christo  
 contumeliam pati. Gaudium est humili despici. Gau-  
 dium est obedienti obedire. Quicumque vero non  
 gaudet in operibus virtuofis, hic virtuofus non est.  
 In hoc possunt singuli seipfos cognoscere quales sint

Prouer. 2

Augustin.

Prou. 14

Iob. 20

Iob. 21.

Matth. 13

&amp; 22.

Matth. 25

Prou. 21.

Actu. 9



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Taliter vero gaudentes, merito intrabunt cum sancto patre nostro Hugone in gaudium domini. Et hæc de primo, scz de diuersa gaudij acceptione dicta sufficiant. De secundo quale scz quantumve sit gaudium domini, quod intrare iussus est sanctus Hugo, sicut intellectus nullus capit ( quia iuxta prophetam & Apostolum, in cor hominis non ascendit ) ita & lingua nulla, nulla eloquentia, nulla facundia exprimit. Immensum quippe est qd nullus comprehendit. Ideo non dicitur: Intrabit in te gaudium domini tui, sed potius, intra in gaudium domini tui, scilicet in gaudium immensum & incomprehensibile, quod dominus tuus gaudet, qd & seruis suis fidelibus præstare dignatur. Eodem namq; gaudio fruitionis scz diuinitatis, deus gaudet, quo & nos beatos facit. Per hæc enim verba, intra in gaudium, &c. vt ait Chrysostomus, oem beatitudinem ostendit. Hoc sane gaudium ( vt diuus pater Augustinus cap. 35. Soliloquiorum testatur ) est gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiã, ibi erit omne bonũ, & non erit aliquod malũ. Ibi erit quicquid voles, & non erit quicquid noles. Ibi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, semperq; memorabilis. Ibi non erit hostis impugnans, nec vlla illecebra, sed summa & certa securitas, securitas tranquillitas, & tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo. & beatissima trinitas, & trinitatis vnitas, vnitatis deitas, & deitatis beata visio, quæ est gaudium domini nostri. O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est verum gaudium. In q ( vt idem sanctus pater libro de triplici habitaculo dicit ) qui erit minimus, maiorem sine dubio habebit gloriam, quam totum habens mundi regnum, etiam si esset æternum. Tanta est enim pulchritudo iustitię tanta iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis & sapientiæ, vt etiam si non liceret am-

Isaia . 64  
1. Cor. 3

Chrysof.  
Augustin.

plius manere in ea quàm vnus diei mora , propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs, in omni affluentia rerum temporalium , recte meritoque contemnerentur, Non enim falso, aut paruo affectu dictum est: **Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super milia.** Nihil omnino comparandū in terris huic gaudio, quod nascitur ex inuisibilibus & incorporeis, ex societate sanctorum angelorū, & iustorum omnium , ex certa scientia & cognitione ipsius diuinæ naturæ, & ex dei ipsius facie ad faciem beata visione. Cuius pulchritudinem mirantur angeli, cuius imperio suscitantur mortui, cuius sapientiæ non est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam solem obscurat, vt eius comparatione nullam habeat lucē, cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum velut absinthium sit amarissimum , cuius faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent, cuius præsentia si in inferno cum sanctis appareret, continuo infernus in amœnum conuerteretur paradisum.

Psalm. 83

Psalm. 146

**De virginitate, multiplici castitate, in somnijs turpibus & coniugatorum miserijs. Exhortatio VII.**



**S**unt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum cœlorum. Matthe. 19. Verba prolata à dño nostro Iesu Christo, nedum pro nostra consolatiõe, sed etiã, p̄ sanctissimi patris nostri Hugonis cõmendatiõe, apte in p̄senti eius solẽnitate, pponi possunt & recitari. Ipse siquidẽ singulari inter ceteras virtutes, virtute castitatis emicuit, pura



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

virginali, conseruata inter prælia fortissima castitas. Et cum fortissime præliaretur, coronam meruit à domino, non solum in cælis, vbi coronam præmij essentialis, & virginitalis atq; doctoris aureolas obtinuit, sed etiam in præfenti vita, quando in luctamine bis quasi triumphator emeritæ militiæ releuamē & consolationem accepit à domino. Et merito: Casirauerat enim se propter regnum cælorum, hoc est, vt placeret regi cælorum, quatenus ad sui visionem, perfectum amorem & interminabilem posset peruenire fruitionem. Casirauerat se, non membra abicidendo, quod nefas est fieri, nisi ob conseruationem corporis, sed perpetuam castitatem seruando, cum voto virginitalis. Virginitas enim (quæ aureolam meretur) virtus est, & importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ. Dicit enim sanctus Augustinus in libro de virginitate, q̄ per virginitatem integritas carnis ipsi creatori anime & carnis vouetur, consecratur & seruatur. Et idem ibidem Nec nos, inquit, in virginibus prædicamus q̄ virgines sunt, sed q̄ deo dicaræ pia continentia virgines sunt. Hanc venerabilis Cancellarius Gerson in libro de Cœlibatu ecclesiasticorum appellat diuinalem, in comparatione ad castitatem moralem & heroicam, quæ moralem præcellit. Hi sunt coniugati. Dicit enim sic: Moralis castitas habet proximum finem se continere secundum dictamen rectæ rationis per naturam hominibus inditæ. Heroica tendit altius, in primam causam se resoluens & exaltans. Diuinis vero finem attingit eundem, qui deus est, sed eminentiori modo propter tria: Primo, quia voto firmatur: Secundo, quia fide, spe & charitate Christo dedicatur, qui simul in vnum, deus & homo est, dñs & proximus, frater, amicus & sponsus. Tertio, quia sacrosanctis mysterijs hæc castitas applicatur. Porro moralis castitas est velut incipientium & purgandorum, Hes

Augustin.

Gerson.

roica, velut per ficiendorum & illuminandorum. Diuinalis, tanquam perfectorum in æterna beatitudine consummandorū. Talis esse debet castitas ecclesiarum, præsertim sacerdotum, & maxime prælatorum. Ab hac diuinali castitate non excluditur castitas vidualis, sed potius includitur. Etenim secundum naturam suam cadit sub voto, sicut castitas virginalis. Non tamen meretur aureolam sicut virginalis cū voto oblata. Omnis autem castus, castrat se, sed sanctus pater Hugo in excellentissimo gradu, si singula requisita ad castitatē considerentur, vt per lucide eius gesta declarant. Et hoc à pueritia vsq; in finem dierum suorum beatorum peregit. Dominus vero in euangelio loquitur de castratione diuinali, quam omnes professi sumus. Gaudeamus q̄ in consortium præcipuorum sanctorum assumpti sumus fratres. Iam facilius intendere possumus primæ veritati (quæ deus est) & in quo consistit vera perpetua felicitas, ad quæ creati sumus, & prægustare gaudia cœlestia, ad quæ peruenire desideramus. A quibus nedū luxuria, sed etiam castitas coniugalis vel moralis præpediunt. Dicit enim idem venerabilis Gerson: Nihil credo plus obesse veritati, vel acquirendæ vel speculandæ (potissimum de causis altissimis) quàm volupratem veneream, quàm contactum illum corporum, sine q̄ vxor cum liberis haberi non potest. Vbi sorbetur & absorbetur rationis iudicium, vbi nihil virile, nihil altum, nihil cœlestie mens quæ tali se deditur passioni, finitur meditari. Hanc passionem idem appellat tyrannicam moribundi corporis rabiem, reuocantem, retrahentem & deturbantem animum ad alta tendentem. Ad quanta & abominabilia sordentia mala continuus, vel etiam interpolatus fornicæ vsus animum pertrahit, & fœdis imaginibus depingit, propter communē honestatem non sunt hoc in loco recitanda, imo nec à religiosis mentibus vnquam cogitanda. Quot em̄



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

inde o deus altissime, quot intemperantiarum scdific  
sinarum & inconcessarum buliant riui, quot flagitia,  
quot contumeliæ, quas turpe nefasq; est dicere, sæpi  
us erumpant, tu nosit omnium cognitor occulto-  
rum. Quod si dixerit aliquis: Cessant hæ passiones,  
dum explentur: Respondet idem: Si cessauerint ad  
momentum, protinus acriores irruunt, quia libidinis  
vſus non fatiat, sed irritat more febrilis ardoris, quæ  
potus nutrit, auget & inflammat. Grandia & penè im-  
portabilia sunt onera coniugatorum, etiam illorum  
qui legitime & timorate viuunt. Dicit enim Aposto-  
lus de coniugatis. Tribulationem carnis habebunt  
huiusmodi, quia imminet eis anxietas mentis, & la-  
bor corporis circa prouisionem suæ domus & pro-  
lis. Et quia alter coniugum de facili suspicatur frau-  
dem in altero de corpore, & sic anxietur in mente,  
cuius anxietatis redundatio fit in carnem. Subdit  
post pauca Apostolus: Qui cum vxore est, sollicitus  
est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, ad pro-  
curandum scilicet necessaria sibi, familiæ & vxori,  
& ad reddendum debitum. Ad hæc accedit diuersitas  
complexionum & naturarum. Vnde egrediuntur  
lites & iurgia, inimicitia & verbera, amaritudo in  
conuersatione, tædium in conuictu, tristitia & deies-  
ctio spiritus. Horum coniugatorum quidam diues di-  
xit: Vellem me spoliatum esse omnibus bonis, & ita  
nudum sicut genuit me mater mea, stare Coloniae  
in antiquo foro, & absolutum ab vxore. Ecce qua-  
lis erat illi ex coniugio secundum Apostoli monita,  
tribulatio qui talia sibi optabat. Quapropter charis-  
simi fratres gaudeamus, quod ex dono dei erepti  
sumus à tantis malis per castrationem spiritualem,  
quam consuluit dominus Iesus ipsa infallibilis veri-  
tas, quæ nouit quid sit bonum, scilicet abstinere à  
carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam  
& imitati sumus sanctum patrem Hugonem, imò &

1. Cor. 7

Ibidem.

1. Petri. 2

Apostolum Paulum, qui ait: Noli quære vxorem. **1. Cor. 7.**  
 Non dixit meretricem, quod prohibitum est à domi-  
 no, dicente & iubente: Non inœchaberis, sed dixit **Exod. 20**  
 vxorem, quod permissum est, quoniam bonum, inqt  
 est homini sic esse tanquam misericordiam consequu-  
 to à domino. Magna misericordia est esse absolutū  
 ab vxore. **1. Cor. 7.** Quia qui sine vxore est, sollicitus est quæ do-  
 mini sunt, quomodo placeat deo. Talis enim habet  
 aptitudinem, vt sollicitus sit de bonis spiritualibus &  
 æternis. Talis cum sapientia habitat, & habet eā spō-  
 sam, cuius non habet amaritudinem conuersatio, nec  
 tedium conuictus, sed lætitiā & gaudium. Sed di-  
 cer aliquis: Qualis est nostræ castrationis castitas,  
**Sapi. 8.** qui quotidie carnis stimulis agitatur, qui libidino-  
 sis sæpe motibus vexatur, qui frequenter fragilitate  
 confundimur, & somnijs turpissimis inquinamur?  
 Ad hæc respondebo summatim iuxta sententias san-  
 ctorum & catholicorum patrum. Omnia illa obies-  
 ta castitatem non adimunt, sed ornant, meritum  
 non minuunt sed augent, gratiam non tollunt, sed  
 firman: tantummodo talibus dæmonum iaculis vo-  
 luntas non consentiat. Vnde sanctus deo plenus  
**AUGUSTINVS:** Peccatum, inquit, adco-  
**August.** voluntarium est, quod si non esset voluntarium, non  
 esset peccatum. Et intelligitur de actuali (iuxta famo-  
 sam sententiam) non de originali. Rursus, ista est ex-  
 pressa determinatio eiusdem primo libro de Ciuitate  
 dei capite 25. loquentis de violenta corruptione vir-  
 ginis alicuius. Quāto magis, inquit, absq; culpa est in  
 corpore nō cōsentientis, si absq; culpa est in corpore  
 dormientis? Ibi enim manifeste dicit, quod in dormi-  
 ente voluptas carnis atq; pollutio, peccatum nō est  
 Et ex illo (tanq̄ maximo) p̄posito infert, qd in vigilia  
 per violentiā illata virgini corruptio, & carnis inuo-  
 luntaria ingesta voluptas, peccatū nō est. Quid ergo?  
 Reuera meritū magnū est, & martyriū. Mauult ygo



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

deo deuota amittere caput, quam integritatem. Ergo castissima virgo permanet etiam corrupta. Concor-  
dant verba spiritus sancti ex ore (quam impleuerat) sanctæ Lucie dicentis: Non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Et subiunxit: Si me inuitam cor-  
ruperis, mihi castitas duplicabitur ad coronam. Et qui inuiti & inuoluntarij patimur supra dicta ad luxuriam incitamenta, castitas nostra ornatur continē-  
tia, meritum augetur præmio, gratia firmatur ad aug-  
mentum & gloriam. Nemo enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit, & virtus in infirmitate perficitur. Facile dare potest humilitatis verba, qui nunquam contemnitur aut vilificatur. Facile se penitentiam seruare dicit, qui nihil aduersi sentit. Facile ieiunat, qui nunquam sitit aut esurit. Facile castus & virgo perseverat, qui castitatis prælia ignorat. Bella ergo virtutem non perdunt, sed præstantiorem reddunt. Dormiens & somnians se fornicari, quasi vigilaret & consenseret, nullum facit peccatum. Quia ille actus licet videatur humanus, & ex libero arbitrio descendere, liber tamen non est, quia somno deprimitur, & habet dormiens quasdam reliquias rationis & similitudines, non tamen rationem liberam, nec plus peccat quam fatui, qui peccare non possunt, quia ratio & arbitrium non est liberum, Potest tamen esse peccatum tale somnium, quando aliquis in vigilia operat sibi fieri tale somnium cum pleno consensu. Quando tamen penitet antequam dormiat, tollitur ratio peccati, si pollutio sequatur. Datur fragilitati interdum occasio per gulam, & calida sumendo vel calefactiua prouocantia pollutionem seu fragilitatem, tunc est sequela peccati. Quando tamen non intenditur per se pollutio, non est mortale peccatum. Quando que cogitatio præcedens præstat occasionem.

¶ Cogitatio formata de peccatis mortalibus, fit diuersis modis. Interdum vtiliter, quando scilicet cogi-

tatur de materia peccatorum, propter sermonem faciendum, vel disputationem, vel confessionem audiendam, &c. & tunc est meritoria. Quandoq; fit sola curiositate, & quandoq; sentitur in tali cogitatione inutili delectatio in sensualitate sine voluntate & consensu rationis, & est veniale peccatum. Quandoq; cum consensu & voluntate. Et hoc fit dupliciter: Primo, quando quaeritur voluptas in sola cogitatione (& maxime hoc fit in carnali cogitatione) & voluit se cogitans scienter & volens in voluptate cogitationum rerum prohibitarum à deo, & delectatur in illis, & hoc est mortale peccatum, etiam si opus nunquam velit perficere. Et si pollutio vel fragilitas sequitur ex tali carnali cogitatione, erit mortalis. Quod si adiuncta fuerit voluntas operis, grauatur peccatum. Quod si iniuitus aliquis patitur prauas cogitationes, & renititur coronam meretur ex pugna. Cogitatio quandoq; sequitur fragilitatem: si tunc cogitans delectatur delectationem meretur, si complacet, delectatio fragilitatem quidem peccatum esse non facit, sed ipsa cogitatio & consensus delectabilis est & peccatum. Stimulos 2. Cor. 12  
carnis Paulus magis inuite per tulit quam carceres & verbera, per quos tamen stimulos humiliabatur.

**¶** De cogitationibus bonis & malis, quando scilicet venialia efficiantur peccata, quando mortalia. Exhortatio VIII.



**P**ER Versas cogitationes separant à deo Sapientiae 1. Beatissimus pater noster Hugo, cuius sempiternam gloriam hodie temporaliter celebramus, mundo corde, & sincerissimis cogitationibus ad eam peruenit. Sicut enim peruerse cogitationes mentem commaculant, & à deo separant,



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

fic cogitationes bonæ & rectæ mentem sanctificant & deo coniungunt. Ipse vero studuit ab ineunte natus dum adolescentia, sed etiam à pueritia cordis munditiei, vsque in senectam & senium. Vnde vt in legenda eius innuitur, diabolus de nulla contra eum vnquam potuit victoria gloriari. Hoc sane intelligitur de peccato mortali. Quapropter secure gloriabatur in fine vitæ dicens: Non iudicij, sed gratiæ & misericordiæ dies erit, qua ego defungar. Perfecti quippe non iudicantur, sed assessores sunt iudicis. Quæ vtique est maxima gratia & misericordia: Talis erat ipse H V G O sanctissimus, hoc est, mundissimus. Soliciti sitis fratres dilectissimi, vt in die defunctionis vestræ totaliter mundi inueniamini. Ille enim erit dies festus vester, quo veniet sponsus omnium animarum I E S V S, & occurret tota curia cœlestis ad videntiam nouam nuptram sponsam agni, egredientem obsuiam Christo domino, mundâ de thalamo corporis mundo. O quàm magnum & verum gaudium erit tunc animæ mundæ. O quàm magna confusio tunc erit animæ immundæ, coram tota curia cœlesti propter immundas cogitationum maculas erubescere. Hoc modo est præmeditandum, dum adhuc tempus datur maculas abstergere & bonis cogitationibus animam ornare. Vnde A V G V S T I N V S ad Demetriadem virginem scribit: Tutissimum atque perfectum est vt animus assuescat discere cogitationes suas, vt bonas alat, malas occidat, quia in his fons boni est, & origo mali. Omnium vero cogitationum siue de bonis siue de malis, inspector est deus. Vnde ait sanctus Iob: Nulla te latet cogitatio. Et Apostolus dicit: quod deus discretor sit cogitationum, & intentionum cordis. Et similibus testimonijs scriptura plena est, sicut nouit charitas vestra. Dignum igitur est pro reuerentia quàm diuinæ tenemur maiestati, & summe necessarium pro nostra salute, vt inter tot

August.

Iob 42.

Hebræ .4.

milia imò innumerabilia irruentia cogitationum agmina, oculos internos semper habeamus ad inspectorem dominum, diligentissime scrutantes quid in illis ei aut displicet, aut placet. Quia sicut Augustinus testatur in eis fons boni & origo mali est. Et gloriosus Hieronymus: Nunquam, inquit, vagis cogitationibus pateas, quæ si in animo sedeant dominabuntur tui, & te ducent ad delictum maximum, Cogitationes quippe prius habent rationem peccati, quam actus exteriores. Quamvis enim cogitare sit actus virtutis apprehensivus, id est, intellectus & rationis, & ex hoc argui posset quod non esset peccatum in cogitatu, cum dicat Augustinus in libro de duabus animabus, quod non nisi voluntate peccatur. Et in libro de libero arbitrio: Peccatum a deo est voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum. His tamen non obstantibus, sicut cogitationes bonæ sunt fons boni, ita malæ sunt origo mali & peccati, etiam maximi, & per prius quam actus exteriores habent rationem peccati, ut prædictum est. Vnde ait æterna veritas apud Matthæum: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemias. Ecce ex cogitationibus malis procedunt mala peccata, & delicta (ut prædictum est) maxima. Quapropter sciendum est quod voluntas movet omnes potentias ad actum, memoriam intellectivam, hoc est, intellectum possibilem ad recipiendum species intelligibiles, vel exhibendas receptoras, intellectum agentem ad actum intelligendum, rationem ad discurrendum & cogitandum sensualitatem ad sentiendum, virtutes motivas & exequutivas ad exequendum foris quod a voluntate imperatum est. Et quando omnia prædicta bene secundum deum mota sunt, tunc diligitur deus ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex tota virtute, quando vero male mota sunt, tunc cor meditatur

Augustin.

Hieronymus.

Augustin.

Matth. 15

Matth. 22



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

cogitationes pessimas, vnde omnia mala & peccata egeruntur. Et omnia mota secundum proprium obiectum, subiecta sunt peccatorum, in quantum precipiant cum voluntate, ab ea scilicet mota ad suos proprios actus, scilicet cogitare, intelligere sentire, &c. Voluntas enim habet proprium obiectum. i. bonum, & proprium actum, hoc est, velle. Et ille dicitur actus eius elicitus. Actus vero aliarum potentiarum ab ea moti sunt, sunt eius actus imperati. Hinc bene sequitur, quod non peccatur nisi voluntate, sicut primo mouente, alijs autem potentijs peccatur sicut ab ea motis. Idcirco cogitationes possunt etiam per prius habere rationem peccati, quam actus exteriores qui ex ipsis prodeunt, quia viciniore sunt motui voluntatis. Quod enim non cogitasti, non facies. Exteriores actus distant a voluntate intantum, quod interdum non habent rationem peccati, sicut patet in amentibus. Quapropter vigilandum est circa cogitationes, quia peruersae separant a deo. Homini vigilanti semper sunt incidentiae quae nec sunt bonae moraliter, nec malae: hoc est, nec meritoriae nec demeritoriae. Idcirco multum errant qui de illis confitentur tanquam de peccatis. Sunt tamen quasi semina in mente, vnde radices accipiunt cogitationes bonae vel malae ad fructificandum. Rationis vero est illas appetituae virtuti, id est, voluntati praesentare. Voluntatis vero est, vel recipere eas, vel resfelleri. Et secundum hoc est meritum, recipere bonas vel demeritum recipere malas. Ante hunc actum voluntatis non est in incidentijs peccatum, nisi ex accidente: quia scilicet homo dedit occasionem, ratione cuius fit peccatum, quod alias in se peccatum non est, sicut fit dormienti, qui peccat dormiendo, quia facit, vel patitur aliqua quae imputantur ad peccata propter antecedentia in vigilia, vel sequentia post somnia. Sic patitur quis tempore diuinorum incidentias malas, propter ea quae ante male tractauit, & non perfecte

se preparando ante orationem, secundum consilium Sapiientis, patitur euagationes, quæ reputantur ei ad culpam. Incidentiæ autem non sunt cogitationes. Cogitatio enim dicitur à cogendo, quâdo scilicet cogitur incidentia fieri, aut manere, vel quando quis prouocat & cogit seipsum aliquid in seipso tractare, vel quando incidentias non repellit dum eas aduertit, tunc enim dicitur interpretatiue eas tenere, & vertuntur in cogitationes. Cogitationibus igitur veris, iam præsentibus in mente cogitantis, si bonæ fuerint, & in eis aliquis delectatus fuerit, bene facit & meretur. Tales sunt cogitationes de deo, & beneficijs ab eo collatis, de passione domini, de virtutibus, & similibus. Quod si malæ fuerint cogitationes, hoc est, de peccatis, & aliquis in eis delectatus fuerit, peccat. Vbi tamen est diligenter notandum: quod si quis delectatur de sola & nuda cogitatione, & non de peccato, vel actu peccati, puta, inuidiæ, odi, homicidij, fornicationis, imò actus horum, vel similibus peccatorum, displicet, sed sola cogitatio placet, quia scilicet est pulchra adinuentio, non est peccatum mortale talis cogitatio cum delectatione, sed veniale. Veniale quidem, eo quod inutiliter consumitur tempus, sicut etiam in alijs cogitationibus, quæ non sunt de peccatis mortalibus, sed venialibus, vel etiam de vanis rebus non possibilibus, scilicet præteritis, vel futuris, quæ in se nullum sunt peccatum: super quas tamen aliquis format cogitationes, & phantasiatur montes aureos in Arabia. Et illa sunt communiter venialia peccata, nisi forte quis tales cogitationes reciperet ad repellendum per eas alias periculosas cogitationes illucerasas, tunc possent esse nullum peccatum. Quod si quis præfatas cogitationes de peccatis mortalibus reciperet cum delectatione (vt prædictum est) quia placet sola cogitatio, vt possit de peccatis prædicare, vel disputare, vel alios docere & informare, iam ma-

Dd

Ecclesi, 15

Cogitatio  
vnde dica-  
tur.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

teriam peccatorum intelligens per pulchras de eis cogitationes præhabitas, talis meretur. Quod si quis delectetur in cogitationibus nudis peccatorum mortalium cum displicentia delectationis actus peccatorum inutiliter, tamen immineret sibi periculum, vel consentiendi in actum peccati, scilicet inuidiæ, odij, homicidij, vel tuendi in molliciem, sicut contingit in cogitando de actu luxuriæ aliquando habito, vel habendo, vel de muliere, &c. & sentit se trahi ad lapsum, tunc quia exponit se periculo non repellendo cogitationes illas, peccat mortaliter. Quod si repellat cogitationes, sed tepide, ita quod statim reuertantur, secundo, & tertio ac pluries ad pulsandum mentem, in dubium vertitur an sit peccatum mortale, nisi aduerteret periculum superius expressum, sibi imminere, quia tunc tenetur viriliter & feruenter repugnare. Secus vero ubi periculum non imminet, aut non perpenditur. In delectationibus vero cogitationum, si cogitatur de actu peccati mortalis, puta fornicationis, vel omnis luxuriæ, vel etiam aliorum omnium peccatorum mortalium, cum intentione perficiendi peccatum, cogitatio illa est mortalis: & dicitur propositum peccandi. Si vero cogitetur de actu peccati mortalis sine intentione perficiendi peccatum, vel actum eius (quod idem est) tamen cum intentione oblectandi se in cogitatione actus peccati (quod manifestius clarescit in cogitatione actus luxuriæ) consentiendo scilicet in delectationem quæ est de actu illo, cogitatio etiam illa est peccatum mortale. Et dicitur cogitatio vel delectatio morosa, non à mora temporis physici siue continui, quia potest esse repente, sed à mora quam circa voluptatem ratio facit, dum eam non repellit, sed acceperat, quod esse potest in instanti temporis discreti. Delectatio namque dicitur morosa, non ex mora temporis sed ex eo quod ratio deliberans, circa eam immoratur, nec tamen eam repellit tenens & voluens libenter, quod statim

Delectatio  
morosa,

vt attigerūt animū, respici debuerunt, vti Aug. dicit **Augustin.**  
 12. de Trinitate. Quę cogitatio morosa habet locum  
 non solum in turpibus, sed etiam in homicidio, & omni  
 bus peccatis de se mortalibus. Hei quorū fiunt peccata  
 in cogitationibus illorum, qui partibus fauent, opor  
 tet aduersari parti mortē subditoꝝ suoz. Summa fiul  
 titia est sola cogitatione se precipitare in mortalia pec  
 cata, cū tñ propter tales cogitationes nihil mutat in  
 rebus. Caueamus fratres dilectissimi hos diabolica  
 queos: Perversę enim cogitationes separant a deo. **Sapientia**

**¶ Quomodo iustitia vnicuique ius  
 suum tribuat. Exhortatio IX.**

**I**ustum deduxit dominus per vias rectas, & osten  
 dit illi regnum dei. **Sapientia** 10. Iustus iste dedu  
 ctus per vias rectas dici potest beatus pater **Hu**  
 go, qui iustus fuit per iustitiam, quę est virtus ani  
 mi, & perpetua constansque voluntas, ius suum vni  
 cuique tribuens: quod fecit semper ab ineunte pueri  
 tia vsque in finem vitę. Hunc patrem sicut boni filij  
 imitemur, & tribuamus omnibus ius, diabolo tria:  
 primo inimicitiam, quia ipse implacabilis hostis no  
 ster est. Vnde beatus Petrus ait: **1. Petri. 5**  
 Fratres sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus quasi leo  
 rugiens, circūit, quęrens quem deuoret. Debemus ta  
 men inimicitiam hanc discrete impendere, vt secun  
 dum **Grego.**  
**Gregorium**, diligamus qđ factus est, & odio ha  
 beamus mala quę fecit & facit. Natura diaboli est bo  
 na, sed culpa eius est maledicta. Vnde iuxta sententiam  
**Iudas.**  
 Iudę Apostoli, archangelus Michael non ausus  
 fuit diabolo nomen inferre blasphemię, id est, male  
 dictionis, nec peccatores hoc facere debent, cum scri  
 ptum sit: Dum maledicit impius diabolum, maledicit  
 ipse animam suam, Quia in quo ipse **DIABOLVM**



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- iudicat, in illo seipsum damnat, cum ut ipsemet impius, sicut diabolus. ¶ Secundo tribuamus diabolo resistentiam. Dicit enim Beatus Petrus: Cui (scilicet diabolo) resistite fortes in fide. Et Iacobus: Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Hieronymus quoque: Debellis est hostis, non potest vincere nisi volentem. Et tamen cum vincimur, culpam diabolo vel carni imponimus, cum sit culpa fatuæ animæ consentientis. Dum quædam puella iret ad quoddam castrum vt seruret ibidem, obuius diabolus dissuasit ei. Cum ergo post tempus esset impregnata & expulsâ, obuius diabolus requisivit, vnde veniret. Illa ignorans eum in forma viri esse diabolum, dixit. Diabolus suavit mihi vt irem ad illud castrum, vnde descendo iam grauidâ. Et ille: Falsum est, inquit. Ego enim sum diabolus qui in hoc loco dissuasit tibi. ¶ Tertio tribuamus diabolo pugnam continuam, quia (iuxta Gregorium) diabolus continue tentat, vt saltem redio vincat. Cum autem eum superamus, vires eius debilitamus. Sicq; eum debilitemus, vt in extremis eum non formidemus. ¶ Tribuamus etiam mundo tria. Primo detestationem, quia totus in maligno positus est. Quisunque ergo voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Detestandus est igitur cum vanitatibus, honoribus & voluptatibus suis, quia sunt inimica gaudia, teste S. Leone Papa. ¶ Secundo tribuamus mundo mentis alienationem. Vnde Beatus Ambrosius de fuga seculi: Qui saluus esse, inquit, desiderat, supra mundum ascendat, iuxta illud Pauli: Nostra conuersatio in cælis est, vbi secundum eundem, Christus est in dextera dei sedens. ¶ Tertio tribuamus mundo miseræ eius considerationem, de qua loquitur ECCLESIASITES: Vidi, inquit, in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Et iterum: Cuncti dies eius doloribus & grûnis pleni sunt. Et si aliquid videtur delecta
1. Pet. 3  
Iac. 4.  
Hierony.
- Gregori.
1. Ioha. 3  
Iac. 4.
- Leo papa.
- Ambrosi.  
Philip. 3.
- Ecclesi. 2
- Ibidem

bile, hoc modicum est. De quo Gregorius ait: **Gregor.**  
 Moneat in est quod delectat, æternum vero quod cruci-  
 at. ¶ Tribuamus etiam corpori eria. Primo refe-  
 ctionem in necessitate. Hinc Hieronymus ait: De ra- **Hierony.**  
 pina holocaustū offert, qui corpus immoderate casti-  
 gat. Ideo dicit Apostolus: Rationabile sit obsequium **Roma. 12**  
 vestrum fratres. Et Bernardus: Oportet corpus reipi **Bernard.**  
 mere, non extinguere. Secundo tribuamus corpori  
 refrenationem in vol- ptate, vt non viuamus secun-  
 dū carnis, id est spiritus carnalis, desideria, de q̄ Apo- **Rom. 13**  
 stolus: Carnis curam ne feceritis in desiderijs, scilicet  
 superfluis, id est, secundum concupiscentiam car-  
 nis. De hac refrenatione scribit sanctus Lucas: vbi **Luc. 21.**  
 monet dominus Iesus amator noster, curam habens  
 salutis nostræ dicens: Attendite vobis ne forte gra-  
 uentur corda vestra crapula & ebrietate, Propter cra- **Ecclesi. 37**  
 pulam enim multi obierunt. Vnde ait Galenus: Plu **Galenus.**  
 res moriuntur gula quā gladio. Tertio tribua-  
 mus corpori exercitationem in operositate sicut Hie- **Hierony.**  
 ronymus ait, Semper aliquid operis facito, q̄ scdm  
 Bernardum, otium est sentina omnium viriorum, se- **Bernard.**  
 cundum quod habetur in Ecclesiastico vbi dicitur: **Ecclesi. 33.**  
 Multam malitiam docuit otiositas. Ideo monet Au- **Augustin.**  
 gustinus fratres dicens: Fratres, oportet otium ex-  
 pelli, quos tæder orare vel legere, manibus operari  
 non deserant. Idemque: Otiositas, inquit, sine dei tis  
 more, est magistra nequitæ. Et qualis potissimum ne- **Idem.**  
 quitæ? illius videlicet, de qua ait Ezechiel: Ecce hæc **Ezech. 16**  
 fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, satura-  
 tas panis, abundantia & otium, &c. Ex his enī orta  
 fuit nequitia contra naturam. Mens, inquit Cassio- **Cassiod.**  
 dorus, nisi hominis nihil cogitare nouit, nisi de ven-  
 tre scilicet quomodo impleatur, & quomodo euacue-  
 tur per varias voluptates. Vnde poeta:  
 Queritur, Aegistus quare sit factus adulter?  
 In promptu causa est, desidiosus erat.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- Ecclesi. 33.** Idcirco docet Ecclesiasticus: Cibaria, & virga, & non<sup>9</sup> asino, id est, corpori. In eo quod dicit cibaria, notat refectioem. In hoc quod dicit virga, significat refrenationem. Sed in hoc quod dicit onus, designat exertationem.
- Bernard.** ¶ Tribuamus etiam conscientijs nostris tria. Primo discussionē, sicut Bernardus ait: Quotidiana discussione examina vitam, vide in conscientia verum deficiis, vel proficis. Qui enim (inquit Beatus Augustinus) discussionem conscientie amisit, in periculum vergit.
- Augustin.** Ratio huius est quia conscientia erit testis in iudicio. Vnde Paulus ait: Testimonium perhibente illis conscientia eorum. Non est certior nec grauior testis, quam propria conscientia. Hominum enim testimonia ad conscientie testimonium curare non debemus, sicut habetur in Decreto 71. questione tertia. Inter verba non hominum linguas, sed conscientias curare debemus.
- Rom. 2** Concordat Gregorius super Ezechielem: In omni, inquit, quod agitur vel dicitur, semper tacite debemus ad mentem recurrere, & interiorē testem scilicet conscientiam requirere. Quæ si testata fuerit bonum, homini interno ineffabile generat gaudium.
- Gregori.** Vnde Apostolus gloriatur dicens: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. Ecce qui scrutatus fuerat veritatem in tertio celo, adhuc querit conscientie testimonium in terra.
- 2. Cor. 1.** ¶ Secundo tribuamus conscientie nostræ mundationem, scdm quod iubet dominus: Lauamini, mundi estote. Et iterum: Laua à malitia cor tuum, vt salua sis. Nam sicut clarus oculus requiritur ad gaudiosum visum: sic clara & munda conscientia requiritur ad videndum deum in vita præsentis & futura. De utroque secundum Augustinum, intelligitur illud Matthæi: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hanc munditiam habuit S. pater Hugo. Hinc accidit quod in itineribus contemplationi intentus, crebro
- Isaïa. 1.**
- Ierem. 4**
- August.**
- Matth. 5**

aberraret. Sicut em̄ parua festuca grauat oculum, & impedit visum corporalem, ita vnum etiam minimum peccatū (si est actū in conscientia, præcipue quādo placet) impedit visum spiritualem & contemplatiōē. Sed quia vita præfens non agitur sine quotidianis defectibus, si quis omnes defectus actualiter de conscientia delere voluerit, ille nimis emungens, turbabit conscientiam: sicut turbatur aqua ad tactum baculi mouentis eam, ita quod videns aquam, vultū suum vel aliam formam in ea videre non potest. Sic fit etiam ei qui nimis emungit conscientiam suam, quia eo tempore veritatem contemplari non potest. Tempore contemplationis, vel accedendi ad deum, peccatorum memoria tolli debet, nisi in generali & transeunter propter humiliationem. Sufficit enim q̄d in confessione peccata habeantur in memoria, & expurgentur, cum discretionē tamen, graua grauiter, & leuia leuiter, tamen cum vera auersione & detestatione, alias leuia non delentur.

¶ Tertio tribuamus conscientis nostris custodiam, quia conscientia bona erit in curia dei sicut Instrumentum sigillatum, porrectum pro hæreditate cælesti possidenda. Talia instrumenta consueuerunt diligentissime custodiri, ne a tineis, vel vermibus corrodantur, vel ab aqua siue igne destruantur. Sciendum q̄q̄ quod sicut resina (quæ sc̄dm̄ Isidorū 17. Etymo. fluit de cedro) liniuntur chartę vt non putrescant: sic conscientia bona liniri debet resina crucis, id est, sanguine Christi vt perseueret: & hoc per iugē passionis Iesu Christi memoriã. Vnde dicit Apost. Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab opibus mortuis. Hebræ. 9.

¶ Tribuamus etiã proximo q̄ sunt proximi. Proximus v̄o se habet in triplici differētia, v̄ em̄ est superior vel inferior, vel æq̄lis. Superiori primo tribuamus reuerentiã, sicut dicit B. Petr. Regē honorificate. Secūdo obedientiam. Vñ Paul. Ois, ait, a se potestatibus sublimioribus 1. Petri, 2  
Rom, 13.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

1. Timo. 2 subdita sit. Tertio, orationis instantiam. Idem alibi: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, &cæ. pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Tribuamus inferiori primo prouisionem in necessarijs. Vnde idem Apostolus: Operantes suum panem manducent, quia meretur. Secundo piam cõ- uertationem. Vnde Seneca: Cum inferiori sic uiuas, quemadmodum superiorem tecum uiuere uelis. Hoc tamẽ intelligitur, q̃ uelit rationabiliter. Tertio, mercedis donationem. Vnde Tobias ait: Quicumq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, quia dicit Ecclesiasticus: Qui effundit sanguinem, & qui fraudẽ facit mercenario, fratres sunt. Tribuam⁹ æquali primo dilectionem. Vnde Apostolus: Nemi ni quicq̃ debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Secundo in prosperitate eius congratulationem. Vnde idem Apostolus: Gaudete cum gaudentibus. Vnde Augustinus: Vis habere mercedem de alieno bono? gaudes & mercedem comparasti. Tertio in necessitate subuẽtionem. Ideo Iohannes ait: Qui habuerit substantiã huius mundi. & uiderit fratrem suum necesse habere & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? ¶ Tribuamus ultimo deo quæ dei sunt, primo corpora nostra ad immolandum. Vnde Apostolus: Obsecro uos, inquit, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctum, deo placentẽ. ¶ Secundo, intellectum ad contemplandum, sicut Ieremias ait: In hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus. Sic gloriatur Apostolus dicens: Nos omnes, scilicet fideles, reuelata facie, id est, intellectu, domini gloriam specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate, scilicet naturalis cognitionis & gratiæ, in claritatem scilicet uisionis beati, tamq̃ à domini spiritu, quia hoc non inest fidelibus propria uirtute, sed spiritus sancti eos ducentis. ¶ Tertio, affectum ad diligendum: Quoniã

& si æterna beatitudo consistat in perfectione intellectus videntis deum, iuxta illud euangelij: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, &c. Iohan. 17  
 tamen in affectu amoris impletur. Contemplatio em̄ est propter amorem contemplati, secundum Albertū in libro de adhærendo deo. Idcirco dicit Apostolus: Roma. 13  
 Plenitudo legis est dilectio. Et sanctus Augustinus Augustin.  
 monet viatorem dicens: Dilige, & fac quicquid vis, quia cum dilectione nemo damnatur, & sine dilectione nemo saluatur.

DE SANCTA BARBARA  
 virgine ac martyre Christi  
 Titulus sextus.

¶ De excellentissimo amore dei ad ecclesiam, & laudibus sanctæ Barbaræ.  
 Exhortatio I.



Pulchra es & decora filia Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Canticum 6. Misericors & miserator dominus, misericordie ac bonitatis infinitæ, idcirco ecclesiam, sponsam, speciosam, pulchram, decoram, suauem, & similibus blandis nominibus eam amabilem descripsit vt sui nobis amoris erga nos teneritudinem insinua- ret, & ad reamandū prouocaret. Hæc tamen vero amatori deo non succederunt, sed om̄em modum prouocatiui amoris excedendo, nostram naturā in vno homine, quem creando sibi in vna persona vniuit, assumpsit, & totius ecclesie, id est, congregationis fidelium caput constituit, vt quasi à capite ad singula membra, gratie & dona æternæ salutis ac felicitatis



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

defluerent. O infelices, qui talem erga se charitatem à creatore exhibitam negligunt, & seipfos, inimica quoque gaudia amādo, perdunt. Mundus talibus plenus est. Gratia vero & dona à capite Christo deflueria dispariliter à membris eius participantur, quia quod nobiliora eo nobilior ea recipiunt secundum eorundem capacitatem. Hinc est quod beatissimam matrem & patronam nostram, sanctam Barbaram Christi Iesu domini nostri sponsam, excellentissime eiusdem gratias & dona participantem, nominibus amorem sponsi ad eam denotantibus, presentis sermonis themate honoramus, & quotidie in vesperis consona voce glorificamus. Ut ergo in veritate manere inueniamur, restat ostendere quod ipsa sit tali laude digna. Historia narrat eam corpore fuisse pulcherrimam, quod pulchritudo consistit in debita membrorum proportione & colore. in oculorum nitido splendore, in labiorum rubore, & aliorum faciei venustio decore, ceterorumque membrorum corporis decenti dispositione. Apposita vero ornamenta monilium ac vestimentorum augent splendorem. Qualiter autem per hanc sponsam pulchritudo describitur, patet in canticis canticorum: Per quae tamen omnia nil aliud quam spiritualis pulchritudo requiritur. Corporalis enim pulchritudo sine adiuncta spirituali, vana est. Vnde dicitur in Prouerbij: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Vana, quia nihil importat homini gratiae spiritualis aut meriti aut gloriae ad quam tamen homo creatus & redemptus est. Fallax, quia propter speciem mulieris multi perierunt. Et ideo pereuntibus propter speciem mulieris dixit DANIEL: Species deceptit te. Et malum deceptionis adiunxit dicens: Et concupiscentia subuertit cor tuum. Etiam hoc ipsum innuit Ecclesiasticus dicens: Ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Quam nociua vero sit illa concupiscentia, dicit in

Cant. 4.

Prou. 31.

Ecclesi. 9

Daniel. 13.

Ecclesi. 6.

Euangelio dominus Iesus: Qui viderit mulierem ad  
 cōcupiscendū eam, iā mōxchatus est eam in corde suo  
 Quapropter mulierum vultus deuitare debemus, cū  
 etiam virorum facies considerare, sanctus pater nos-  
 ter Hugo Gratianopolitanus dissuadeat, haud dubiū  
 quin ex aliorum periculis edoctus, quantum noceant  
 carnales in memoria etiam virorum imagines. Pictu-  
 ræ etiam incautos & molles sequere faciunt: Nonne  
 vnus (ex cuius ore narrantis didici) imaginem mulie-  
 ris lapideam, propter speciem & pulchritudinem ap-  
 prehendit, & osculabatur? Nonne pictor ad hinnitū  
 equum prouocauit, ex specie equæ quam in pariete  
 depinxerat? Denudemus & purgemus nos ab huius-  
 modi speciebus fratres, & portemus imaginem Chri-  
 sti in insignijs triumphalibus suis, & maxime imagi-  
 nem D E I vnus. Pulchritudo tamen naturalis  
 non est vituperanda, sed laudanda, quando non est  
 in abusu. Vnde sanctus B E R N A R D V S in  
 tractatu de vitæ ordine, dicit se eam diligere propter  
 verecundiam, quæ in illa magis solet refulgere. Vn-  
 de etiam decor corporis gratiæ annumeratur ab eo-  
 dem, sed non debet esse affectatus, sed naturalis, sim-  
 plex, neglectus magis quàm excultus. Pulchritudo  
 ergo, diuitiæ, honores & cætera huiusmodi dei do-  
 na magis habentem commendant, eo quod illa cons-  
 temnit, quàm quia habet. Vnde H I E R O-  
 N Y M V S in vita sanctæ Paulæ ait: Intelligi-  
 mus non laudandum esse possidere diuitias, sed  
 pro C H R I S T O eas contemnere, non  
 tumere ad honores, sed pro fide dei eos paruipen-  
 dere. Sic beatissimam patronam nostram laudas-  
 mus quotidie de pulchritudine atque decore, non  
 quæ ea habet, cū iam cū carne abierint: sed quod ea dū ha-  
 bebat cū cæteris fortune bonis, honoribus, pōpis, di-  
 uitijs, carnis voluptatibus oibus calcavit, cōtemp-

Matth. 5.

Bernard.

Hierony.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS

fit, propter fidem & amorem domini Iesu Christi, sponsi sui. Verum non est hæc sola pulchritudo, quã in beata nostra matre atq; patrona Barbara laudam<sup>9</sup> sed alia multo præstantior ( quæ est imago dei ) quæ non respicit sexum, conditionem, statum vel ætatem . Ad imaginem quippe dei homo creatus est . Hanc pulchritudinem sol & luna mirantur nec vlla creatura valet eam attingere, præter angelicam. Cuius decor atq; ornatus si excellenter perfectus fuerit, habentem etiam angelis admirabilem reddit. Vnde in Canticis dicunt: *Quæ est ista, scilicet ecclesia ex hominibus collecta, vel aliqua anima humana gratia nobilitata, quæ ascendit, videlicet super eos, per desertum delictijs affluens, innixa super dilectum suum? Non enim homines solum erunt, sicut angeli in cælis, id est, eis similes (& hoc secundum spiritum & animam rationalem, vel intellectualem) sed etiam secundum merita, & gratiam dei, secundum quæ æquales possunt esse angelis, imò quibusdã feliciores, implebuntur enim ruina angelorum ex hominibus in diuersis choris eorundem. Natura vero humana in Christo ac superbenedicta matre eius, super omnes spiritus angelicos exaltata est: quod tamen sonat mirabile, cum humana natura sit valde humilis naturæ comparata angelicæ, cui tamen nulla sit iniuria, nec inuida ex hoc angelicis spiritibus generatur tristitia: imò potius profectui cooperatur humano, vt homo exalteretur. Gratia enim diuina, quæ angelicam naturam æterna felicitate dignam fecit, nobilior est ipsa natura angelica, quæ gratia humanam etiam naturam nobilitare potest, & digniorem reddere æterna beatitudine ipsis spiritibus angelicis, quod valde in diuinam laudem resultat, quam angeli omnes ardentè quarunt & diligunt. Pulchritudo hæc, & dei imago consistit in memoria intellectuali, & in intellectu agente & libera voluntate, secundum quæ est homo capax*

Genesi. x

Cantic. 3

diuinitatis cognoscendo & amando, neq; quiescere potest, nisi a deo bono simpliciter infinito, quod est superbenedictus deus solus. Decoratur vero hæc christo naturalis per lumē supernaturale in cognitione, & per bonum supernaturale in dilectione & fruitione. Hoc est ergo quod cantamus nostra patrona: Pulchra es & decora filia Ierusalē, scilicet cœlestis, vbi cum omnibus beatis ipsa est amica spiritus sancti, sponsa filij, filia dei patris. Ad hanc generositate peruenit dei patris faciendo voluntatem, secundum quod dominus Iesus docuit dicens: Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Voluntatem dei patris fecit, quando inspirata à spiritu sancto, vt notitia an sibi veri dei acquireret, pleno affectu ipsam inspirationem recepit, & tota industria prosequuta est. Exinde donum baptismi assequuta, gratiam gratum facientem accepit, per quam particeps facta est consortij diuine nature. A qua statim processerunt fides illuminatissima, spes diuini auxilij certissima, charitas ardentissima omniumque virtutum intellectualium atque moralium concatenatarum dona preciosissima. Ex his sequutum est, quod pueri Iesu crucis crucis & passio compassa est corde misericordissimo, quod que in lege domini meditabatur mente attentissima, quod etiam pauperibus subueniebat animo piissimo & in virtuosis actibus se exercebat affectu deuotissimo. Ecce quam pulchra & decora nostra patrona primo fuit in terra, vt mereretur pulchra & decora fieri in cœlis. Discamus hanc artem fratres. Vere vere qui non fuerit spiritualiter pulcher & decorus in terris, non erit pulcher neque decorus in cœlis, sed turpis atque deformis sociabitur turpibus. In hoc breuissimo indulto ad decorandum nos tempore exclusis omnium scientiarum speciebus intelligibilibus, ornemus intellectum nostrum speciebus co-

Cant. 6

Matt. 22.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gnitionis de deo, de Christo, de mysterijs ecclesie de his quæ spectant ad æternam nostram salutem, de his quæ præfatis cooperantur. Quæ enim sine his sunt, omnia vana sunt, etiam si quis omnium librorum totius mundi cõtenta in suo capite indelebiter collocasset. Similiter repellamus omnium creaturæ rum immundos amores cum imaginibus suis, & solius summi amabilis dei scilicet, & secum venientium amore impleamur, vt dicere singuli valeamus: Ego coaceruator pulchræ dilectionis, scilicet diuinæ, & timoris, scilicet reuerentialis, & agnitionis, scilicet fidei, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, scilicet rationis, secundum quam viuatur in hac vita, in me omnis spes vitæ, scilicet futuræ, & virtutis, quia tunc regnabit in virtute cum deo, & sanctis eius in perpetuum talium coaceruator. Sed quid significat, quod patrona nostra, pulchra & decora filia dei patris, cantatur esse terribilis? Vere terribilis fuit malis & perfidis hominibus, patri suo, atque dæmonibus: & hoc per virtutem fortitudinis, quæ per seuerantiam in bono præbet in mortis periculis. Ad nihilum deductæ sunt omnes machinationes eorum. Vicit Barbara virgo iuuenula & tenera omnia ingenia, excogitata consilia, inquisita tormenta, & ea cum ipsis inuentoribus in profundum inferni deiecit. Obstupuerunt dæmones audaciam eius, fugiunt præsentiam eius, torquêtur ad porrectas deo preces eius, deficiunt languentes cum aduertunt efficaciam eius, horrent & strident quando morte imminente desperatorum animæ eis auferuntur per merita eius. Nunquid non in ciuitate LEYDENSIS, quidam in bello accepto lethali vulnere, defæta gula mori non potuit ( precibus diuinæ sponsæ Christi BARBARAE adutus) donec sacramentali confessione præmissa, corpus Christi sanctissimū re-

ciperet? Viderunt qui aderant cum admiratione species sacramentales recto tramite per guttur ad interiora hominis descendere. Ecce quam terribilis facta est demonibus. Blasphemantes etiam eam, vitio diuina impunitos esse non finit, vt clara miracula docuerunt. Malis igitur est terribilis, sed blanda iustis, & eam pie inuocantibus. Sed quomodo vicit? Vicit crudelem patrem eam gladio impetentem, flagellantem, criminibus trahentem. Vicit furentem iudicem post flagella, cilicij, sale & testulis vulnera recentia restaurantem. Vicit vngulas, lampades, laminas igne candentes, malleos ferreos. Vicit extracti onem mamillarum virginalium. Vicit pudorem, nuda circumducta coram populo. Vicit etiam perforantes gladios acutissimos. Vicit tandem a proprio genitore illatam mortem crudelissimam. O quid ad hæc dicemus nos barbati, & debiles cani, religiosi etiam ordinis **CARTHUSIENSIS**, in schola Christi virtutibus (vt dicimur) studentes qui puellam tenerrimam quindecim annorum per inmania tormenta ad cælestia regna ire videmus? qui vix charitatum correptionis verbum sustinere nemus. Heu, heu, quam profunde adhuc a vera virtutum perfectione iacemus fratres mei!

¶ Sequitur in cantici laude: vt castrorum acies ordinata. Ordinatio debita, est fortitudo aciei, & castrorum victoria. Fuit igitur sanctissima nostra **Cantic. 8** trona optime ordinata, iuxta illud Cantorum: Ordinavit in me charitatem. Dilexit enim deum ex toto affectu, conformata eidem in voluntate, & ex toto intellectu scrutando amabilitatem & modos amandi eum, & ex omnibus sensibus, eis vtendo ad amorem eius, ex omnibus quoque viribus in exterioribus actus conformes suæ dilectioni erumpentibus. Hæc superius dicta manifestissime docent. Et quia ordi-



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nata charitas incipit à semetipsa, desiderabat deo placere, ipsum oculo intellectuali videre, ipsi charitate perpetua inhaerere, in illo solo propter seipsum, fruibili quiescere & delectari, & eum cum omnibus sanctis æternaliter collaudare. Et quia ordinata charitas non relinquit proximum, recordata est etiã omnium proximorum, vt salui fierent: & spiritu sancto inspirante, petijt, vt per nouum saluandi modum, etiam illi misericordiam consequerentur æternæ salutis, quæ eam in honore propter deum haberent. Et exaudita est propter sui reuerentiam. Ecce quanta pietas orationis, & quanta largitas, benignitas atque suauitas domini dei exaudientis. Non enim ex superbia, vel temeraria præsumptione talis oratio processit, sed ex misericordia dei miserentis eamque ad hoc mouentis, ad miserorum ac pereuntium reuocationem & salutem.

### Quomodo anima Christo desponsatur, & de eunuchis euangelicis.

#### Exhortatio II.



Hæc est quæ nesciuit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Sapientiæ tertio. Hæc verba in libro Sapientiæ scripta sunt de muliere in generali, quæ maluit sterilis & infœcunda permanere, quàm filios malos procreare, quæ tamen, & si secundum carnem proles non peperit, sine generatione tamen, & sine filijs, secundum spiritum, non manebit. Immanis enim à peccatis carnalis thori (qui nunquam sine delicto est, iuxta illud: In peccatis concepit me mater mea) habet fructum in respectu animarum sanctarum. Quæ generatio qualis sit, ostenditur, cum ibidem

dicitur: O quam pulchra est casta generatio cum claritate? Spiritualis generatio est casta, quia anima de sponsata deo in fide, iustitia, iudicio, misericordia & miserationibus, ut in Osee habetur, fecundatur a spiritu sancto, & parit sine gemitu secundum Ambrosium. Idcirco immunis a vitijs est casta cum claritate, id est, cognitione diuinorum, & omnium quæ necessaria sunt ad salutem, ideo merito dicitur pulchra. Speciositas videtur exprimere perfectionem rei in sua specie, quæ res in comparatione ad alias res eiusdem speciei præcellere cernitur, pulchritudo vero consistare videtur ad ornatum rei. Vnde dicitur in Psalmo: Specie tua & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna. Speciositas enim optime sedet in principe, iuxta illud: Species Priami digna est imperio. Idcirco regi regum & domino dominantium, regi & domino nostro Iesu Christo dicitur: Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna. Ipse enim est speciosus & pulcher in corpore & anima, in gratia & virtutibus præ filijs hominum. Eadem decent etiam sponsam Christi. Est vero sponsa Christi speciosa propter spiritum in spirituali statu & coniugio, qui status incomparabiliter præcellit carnem, & carnalem statum, atque coniugium. Pulchra vero est, quia ornata per gratiam & virtutes, & virtutum opera. Habet ergo sponsa Christi, quæ a carnali maculato thoro abstinet, generationem castam & pulchram. Habet etiam fructum. Est vero duplex fructus. Vnus internus, alter externus. Internus est quem accipit a deo pro mercede, de quo dicitur, Dabit enim illi fidei donum electum scilicet, inter sanctos & fors in templo dei acceptissima, id est, in cælo. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & qui non concidat radix sapientiæ. Vere enim gloriosus est fructus, quia sapientia est radix huius fructus, id est, vitæ æternæ, quæ sapientia non aufert, sed confert vi

Sapient. 3

Osee. 2.  
Ambrosii.

Psalm. 44

Sapient. 3



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Isaiz 56

tam & perpetuæ salutis affert fructum & gaudium æternum. De hoc fructu dicit Isaias: Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & iegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dobo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomē melius à filijs & filiabus. Nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Quod proprie refertur ad illos qui se castrauerunt propter regnum cælorum per castitatis obseruantiam, quæ melior est, & magis meritoria, quàm fecunditas prolis, secundum quod ait Saluator: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat, id est, tantum bonum propter sui altitudinem non præcipitur sed consulitur. Fratres dilectissimi nos sumus omnes eunuchi euangelici, hunc fructum expectantes, & nomen melius habentes, quàm si filios & filias procreassemus, quia castitas vidualis, & maxime virginialis potior est in merito, & futura gloria, quàm coniugalis, quæ (coniugalis) interdum producit filios impios. Dicitur enim in Ecclesiastico: Vtile est mori sine filijs, quàm relinquere filios impios. Alter fructus sponsæ est externus, de quo dicitur in libro Sapientia: Habebit fructum in respectione animarum sanctarum, quia videlicet sponsa Christi merito, exemplo, instructione, gubernatione & protectione, alijs que similibus, animas saluas facit, quæ respiciunt eam & attendunt sicut matrem. Sic ipsa sterilis in carne, fecundissima efficitur in spiritu. Et quia sanctissima patrona nostra Barbara talis inuenta est quia concepit nos in domo sua hac, spiritu sancto agente, quando huc venimus, & peperit sine dolore, quando profitebamur, nutrit nos pane & vino, vestit laneis, instruit vitæ sanctimonia & martyrii fortitudine, & protegit atque gubernat merito & oratione apud deum, recte eam vt matrē respicimus, & ma

Math. 19

Ecclesi. 16  
Sapient. 3

ternum eius affectum ad nos filios suos, & fructum  
 attente prouocamus, concinnantes: Hæc est quæ  
 nesciunt thorum in delicto, habebit fructum in respectu  
 one animarum sanctarum. Ora ergo pro nobis  
 sancta B A R B A R A, vt digni efficiamur pro  
 missionibus Christi. Hæc promissiones sunt hæredi-  
 tates parentum nostrorum Iesu & Barbaræ. Nos  
 subinde dicimur animæ sanctæ, quia sanguine Chris-  
 ti tinctæ, eo quod lauerit nos in sanguine suo: Vel Apocal. 1  
 quia sacro viui mancipati, sicut vasa templi diceban-  
 tur sancta: Vel per gratiam gratum facientem sancti-  
 ficati, sicut pius est mihi hoc de vobis sentire fratres  
 & filij dilectissimi. Respicimus ad beatam Barbaram  
 matrem nostram, vt apud sponsum suum dominum  
 Iesum nobis impetret paternum respectum misericor-  
 diæ & gratiæ, vt hæredes vtriusque esse mereamur.  
 Nulla erit difficultas apud vtrunque parentem  
 qui nos suos filios vehementer diligunt, si tamen ve-  
 trumque imitari voluerimus. Quod si ex animo imi-  
 tari noluerimus, ex hæreditarij disponimus. Simus  
 ergo fratres dilectissimi nos eunuchi memores ver-  
 borum supra de eunuchis positorum, scilicet: Hæc  
 dicit dominus eunuchis, qui custodiunt sabbata mea Isai. 56  
 & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum,  
 dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & no-  
 men melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum  
 dabo eis, quod non peribit. Omnem custodientem  
 sabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus  
 meum, adducam eos in montem sanctum meum, &  
 lætificabo eos in domo orationis meæ. Simus ergo  
 solliciti circa obseruationem sabbati, Per sabbatum  
 enim quod erat ordinatum specialiter diuino cultui,  
 intelligitur omne id quod pertinet ad diuinum  
 cultum in noua lege. Dicit etiam in Isaiâ alio loco Isaiâ 58  
 Si auerteris à sabbato pedem tuum, Vbi p obseruationem



D. PETRI LEYDIS CARTHVS:

Exo. 20

Johan. 8.

sabbati intelliguntur oia quæ pertinet ad debitum dei cultum, sicut & in præcepto decalogi dicitur: Mememento vt diem sabbati sanctifices. Ad cuius obseruationem requiritur primo cessatio ab operibus peccatorum, quæ sunt maxime seruilia, quia vt Iohannes ait: qui facit peccatum, seruus est peccati. Ideo dicitur: Si auerteris à sabbato pedem tuum, scilicet vt non procedas ad male agendum vel facere voluntatem tuam in die sancto meo, sequendo appetitum tuum irrationabilem.

¶ Secundo ad obseruationem sabbati requiritur occupatio & meditatio circa diuina: ideo subditur: Et uocaueris sabbatum delicatum & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum, scilicet dominum in cultu diuino, solum dei gloriam querendo, & sabbatizare conputaueris tuas delicias, sicut dicitur in Collecta ad primas: In tuis laudibus delectemur: dum non facis uisus tuas, sequendo tuas concupiscentias: & non inuenitur uoluntas tua vt loquaris sermonem, scilicet malum contra deum aut proximum, sed magis sis attentus ad deum laudandum: tunc delectaberis super domino sentiens (scilicet intra te) consolationes diuinas, & sustollam te super altitudines terræ, per contemptum terrestrium, & appetitum cælestium & æternorum: & cibabo te hereditate Iacob patris tui, scilicet in beatitudine cælesti. Bona enim terrena cum sint multo minor bona operibus uirtuosis, vel uirtutum, non possunt esse principale præmium promissum patriarchis pro operibus uirtutis. Hæc ex I S A I A de custodia sabbatorum, & mercede promissa à deo. Igitur charissimi fratres simus in diuino cultu sinceri & strenui, hoc est, sine peccato, quantum fragilitas humana permittit, quia uenialia omnia euitare non possumus, & strenui, id est, reuerentiales ad deum, & hilares, contra acediam, quæ est tristitia in diuinis & cultu dei, vt obtinere ualeamus hereditatem patris

nostri I E S V in cœlis, vbi vt ait Isaias, erit sabbatum ex sabbato, id est, quies in deo sempiterna, quod iam agere gestimus, dum ex vna laudatione diuina hilariter procedimus ad aliam. Etiam nos eunuchi eligere debemus quæ vult deus, hoc est, voluntas nostra conformis esse debet diuinæ voluntati in omnibus. Et notanter dicitur: & elegerint quæ ego volui. Frequenter enim fit, quod aliquid volumus, quod tamen non eligimus. Cum enim bonum sit obiectum voluntatis, temper eligit quod melius est, quando est libera, & illud est vere diligere. Sed voluntas sæpe non est libera propter sensualitatem & concupiscentias, multaq; alia, & tunc vult malum sub specie boni, & dicitur eligere, sed improprie, ideoque insinuat dominus, quod eunuchi debeant diligere & libere eligere, sicut rem charissimam & optimam, id quod D E V S vult. Debemus etiam nos eunuchi tenere fœdus, sicut dicit dominus: Et tenuerunt fœdus meum. Istud est fœdus quod promissimus & professi sumus, quando eunuchi propter regnum dei facti sumus. Igitur charissimi fratres, vltra obseruantiam mandatorum dei, impleamus fœdus in initum cum deo, & hæc redes erimus patris nostri I E S V. Nihilominus imitari debemus matrem nostram sanctam B A R A M pro hæreditate materna obtinenda: & hoc in duobus, iuxta laudem quam cantando ei ascribimus. Hæc est quæ nesciuit thorum in dilecto & hoc quoad primum. Habebit fructum in respecti one animarum sanctarum, quoad secundum. Vt ergo imitando primum impleamus, debemus habere thorum immaculatum, qui habetur per castitatem. Est autem castitas virtus animi, per quam concupiscentia castigatur, quæ concupiscentia ad modum pueri est refrenanda (vt patet per P H I L O S O P H V M in tertio Ethicorum) eo quod appetitus delectabilis est nobis connaturalis, & præcipue delectabilis

Castitas  
quid.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Stabilem secundum tactum, quæ ordinantur ad conseruationem naturæ. Et inde est, quod si nutriatur horum delectabilem concupiscentia, per hoc quod ei consentiatur, maxime augetur, sicut puer qui suæ voluntati relinquitur. Et ideo concupiscentia horum delectabilem maxime indiget castigari. Est autem alia ratio vtendi cibis & potibus, & alia venereis & ideo oportet esse diuersas virtutes. Concupiscentia ciborum castigatur per abstinentiam, venereorum per castitatem, quæ ita dicitur antonomatice, quia delectationes venereæ sunt vehementiores, & magis opprimentes rationem quam delectationes ciborum: & propter hoc magis indigent castigatione.

Castitas  
triplex.

Est autem triplex castitas: Prima coniugalis, quæ habet laudem, quod abstinet ab illicitis venereis voluptatibus in limitibus legitimi matrimonij. Secunda est vidualis, quæ habet laudem quod abstinet ab expertis, & ab omnibus venereis voluptatibus, vt liberius vacet deo. Et hæc est laudabilior quam prima. Ambæ tamen non habent aliquam excellentiam supra communem castitatem, idcirco non sunt speciales virtutes. Tertia est virginalis, quæ habet laudem quod abstinet ab omni venerea voluptate, à qua omnimodam habet immunitatem. Hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento venereæ delectationis, habet quædam excellentiam laudis supra hoc quod est conseruare se immunem ab inordinatione venereæ voluptatis: & ideo virginitas est quædam specialis virtus, habens se ad castitatem sicut magnificentia quæ est circa magnos sumptus, ad liberalitatem, quæ communiter se habet circa omnem pecuniarum vsum. Nec hæc carnis & mentis continentia sufficit ad meritum, nisi fuerit deo dicata. Vnde AVGVSTINVS

August.

In libro de virginitate dicit: Nec nos in virginibus predicamus quod virgines sunt, sed quod deo dicata pia continentia, virgines sunt. Et ibidem per virginitalatem integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, consecratur, seruat. Ergo virginitas secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ. De tali virginitate dicit **AUGUSTINVS**: Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est. Quæ etiam comitem habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decreuit, vt idem dicit primo de Ciuitate dei. Talis virginitas fuit in sanctissima matre nostra Barbara, quam imitemur perpetua castitate, vel viduali, vel virginali, pro ut vnusquisque nostrum accepit munus à deo. Coniugalis longe sit à nobis.

Augustin.

¶ Secundum in quo eam imitari debemus est, vt sic viuamus, quatenus sanctæ animæ respectum ad nos habeant pro exemplo bonæ vitæ, pro instructione, pro consolatione, & alijs multis, vt eis quasi matres dici mereamur, etiam in purgatorio existentibus, Vt de singulis animabus nostris veraciter dici possit. Hæc est quæ nesciuit thoram in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum, Amen.

## DE OMNIBVS SANCTIS DEI.

### Titulus septimus.

¶ Quomodo hic purificari debemus cū



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.  
sanctis, vt illis iungamur in cœlis.

¶ Exhortatio I.



**B**EATI mundo corde, quoniã ipsi deũ videbunt. Matth. 5. Quoniã deus bonus ad imaginem suam nos condidit, & capaces diuinitatis atq; æternæ beatitudinis creauit, nec non maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt

2. Petri. 1.

Philosop.

Augustin.

Boetius.

per hæc effici valeamus confortes diuinæ naturæ, iuxta Canonicam sancti Petri Apostoli: necessarium est ad tã arduũ beatificũ bonũ nos aptari. Actus em̄ actuatorum sunt in patiente prædisposito, secundum Philosophum. Ipsa vero beatitudo & confortium diuinæ naturæ in hoc consistit, q̄ deus nobis coniungitur. Ipse enim est perfectio & bonum intellectuales creaturæ, ad quod om̄ia referre debemus, & quo adepti, nihil quo beati simus vltius requiremus, secundum sententiam beati Augustini. Deus autem iungit nobis, vel sub ratiõẽ veri, hoc est, inquãtũ est veritas, & summum cognoscibile, & sic perficit intellectum. Vel sub ratione boni, hoc est, inquantũ est bonitas & excellentissimum amabile & fruibile, & sic sariat desiderium & affectum, id est, amorem nostræ, quæ sunt in voluntate. Et vtroq; modo iungitur nobis inamissibiliter, & æternaliter: & sic quietat volũtatem & affectum, & purificat intellectum agentem & memoriam intellectualem, hoc est, intellectu posibilem. Inde est, q̄ ponuntur tres dotes animæ, scilicet, visio, quoad intellectum, quoad affectum vero fruitio & tentio. Secundum enim has vires animæ facti sumus ad imaginem dei, q̄ peruenient ad statũ omnium honorum aggregatione perfectum, quod est æterna beatitudo secundum Boetium. Nunc aut

junt in statu imperfecto & immundo . Intellectus enim est circa diuinorum & aliorum necessariorum cognitionem ignorantia & errorum tenebris obvolutus. Voluntas est inclinationibus & amoribus immundis plenus. Et quia bono infinito ( quod solum nostrum desiderium satiare potest) priuati sumus, nec quaerendo inuenimus, idcirco inquietum est cor nostrum, & cupientes saturari, varias corporum formas imagines & phantasias quas in promptu inuenimus & facile fingimus, amplectimur, & non inuenientes in eis requiem, nec saturitatem, sine fine eadem refrigerantes, & nouas adijcientes multiplicamus. Oportet enim intelligentem & amantem phantasmata speculari, sed sine ordine, & debito fine suscepta nimis nos inquietant & pollunt, & a vera beatitudine impediunt. Inuitat ergo nos dominus Iesus, magister verax ad cordis munditiam, quo deum videntes, amantes, & tenentes, beati esse possimus. Mundemus ergo fratres charissimi cor nostrum, primo intellectum per fidem, secundum quod scriptum est : Fide purificans

Actu. 15

corda eorum. Licet enim scientia & lectio scripturarum opportune assumpta iuuent, non tamen perficiunt intellectum in cognitionem diuinorum, & necessariorum ad salutem, & plerumque studio ingeniose in nitentes, in errores & curiositatem, ac vanitatem delabuntur. Quapropter Apostolus ait: Scientia inflat, Venerabilis etiam Albertus in libro de adherendo deo ponit inter cetera tentamenta, quod nititur diabolus mentem hominis alienare a domino deo per studia subtiliorum librorum. Sobrie ergo fratres charissimi bibamus ebrietatem spiritus, ac pocula scripturarum, & aliarum scientiarum humiliter, semper innitentes sacrae fidei, & firmatae petrae Christo. alieno sensui & intellectui cedentes, alias inquinabimur. Quae inquietatio, vel immunditia intantum abominabilis est, vt interdum dominus ad eius sorditatem ostendendam,

1. Cor. 8

Albertus .



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

hereticos in naribus hominū sensibilibiter cœtere per miserit. Quante aut necessitatis & efficacie sit fides ad obtinendā æternā beatitudinem, Apostolus Paulus ad hebræos, etiam per multa exempla patrum antiquoꝝ, manifestat, dicendo inter multa: quod sine fide impossibile est placere deo. Per eam vero sancti uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones non præsentis uitæ, (quas dicit eos non cōsequutos) sed æternæ felicitatis. Hanc Beatus Iohānes ponit uictoriam nostram, dicens: Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Vincit mundum, id est, tentationes diaboli mundi & persecutio nes. Hæc tamen omnia intelligendā sunt de fide formata charitate. Sine charitate impossibile est aliam quam uirtutem operari uel salutem: Fides enim sine charitate mortua est, ergo non operatur. Dæmon credit, sed non obrinet salutem. Iustus autem ex fide uiuit, quia fides eius est charitate uiuificata. Est enim fides habitus mentis à deo infusus, quo inchoatur uita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Vita autem æterna, non potest esse sine charitate. Quapropter ut cor nostrū sit mundum, nō sufficit intellectum purgari, sed summe necessarium est uolūtatem nostram ab omni peruersitate & immundis amoribus omnium uitiorum & creaturarum emundari per ueram pœnitentiam. Ex qua purgatione sequitur munditiā actū nostrorum. Ipsa siquidem mouet omnes potentias ad actū etiam intellectum ad assentiendum fidei. Ergo omnis & tota mūditiā nostra per eam est. Secundū eam dicimur mūdicordes simpliciter, scđm alias potētias, scđm quid. Fides munditiā inchoat, charitas perficit. Impuritas nāq; uniuscuiusq; cōsistit in hoc, q̄ rebus uilioribus immiscetur. Nō em̄ dicitur argentum esse impurū ex permixtione auri, p̄ quā melius redditur sed ex pm̄xtione plūbi uel stāni. Manifestū aut̄ est q̄

Hebræ. 11.

1. Iohan. 5

1. Cor. 13

Iacob. 5

Rom. x

rationalis cretura dignior est oibus tēporalibus & cor  
 poralibus creaturis, & ideo impura reddit̄ ex hoc q̄ tē  
 poralibus se subiicit p̄ amorē. A qua q̄dem impurita  
 te purificat̄ p̄ contrariū motū, dum sc̄ tendit in id q̄d  
 est supra se, sc̄ in deū, in q̄ q̄dem motu primū princi  
 piū est fides: Accedentē em̄ ad deū oportet credere.  
 Et ideo sc̄m̄ principiū purificationis cordis, est fides  
 qua purificat̄ impuritas erroris, q̄ si p̄ficiatur p̄ chari  
 tatē formatā, p̄fectā purificationē causat. Purificatis  
 deinceps intellectu & affectu restat vt memoria puri  
 ficetur à phātasmatibus inordinatis: & hoc maxime  
 tēpore quo nos ad deū cōuertere cupimus. Ista purifi  
 catio spectat ad p̄sentē vitā dūtaxat. In futura em̄ vi  
 ta beatos phantasmatā nō obruēt: in p̄senti v̄o vnū  
 quisq̄ experit̄ q̄tum nocēt, turbēt & maculent phan  
 tasmatā, q̄ etiā inuitus tolerare cogitur, sc̄ de delecta  
 tionibus peccatorū, vel de inutilibus & vanissimis re  
 bus, sine ordine & sine. Quæ tñ eliminare p̄ posse de  
 bemus, q̄d fiet p̄ hoc q̄d non nimis creatis rebus inhere  
 mus, sed quasi superficialiter eas tractamus. Imaginem  
 vero passionis Christi, & ænigmata quibus in hac vi  
 ta deus videt̄, nobis imprimamus, & ipsum deū feruē  
 ter diligamus. Sic em̄ clauus clauo retūdetur. Qui  
 em̄ aliquē feruēter diligit, nō potest cogitare aliud nī  
 si quē diligit. Vbi em̄ fuerit thesaur⁹ tuus ibi erit (ait  
 dñs) & cor tui, Vbi em̄ amor, ibi & oculus. Mūdem⁹  
 igitur charissimi fratres cor nostrū cū omnibus san  
 ctis, vt cum ipsis deū videre mereamur, nedum in fu  
 tura vita, sed etiā in p̄senti. Hęc em̄ beatitudo, sc̄ vi  
 dere deū, sicut & ceterę beatitudines, etiā in hac vita  
 (licet imperfecte, & p̄ quandā potis inchoationē) habe  
 tur, vt ait Augustinus. Nam regnū cælorū potest in  
 telligi perfectę sapientię initium, sc̄m̄ q̄d incipit in  
 eis spiritus regnare. Possessio etiam terræ significat  
 affectum bonum animæ quiescentis per desiderium  
 in stabilitate hæreditatis perpetuæ per terrā signat̄

Matt. 23

August.



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iohann. 4.

Consolantur autem in hac vita per spiritum sanctum, qui paracletus, id est, consolator dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo, de quo dominus dicit: Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei. In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam dei. In hac etiam vita purgato oculo per donum intellectus, deus quodammodo videri potest. Similiter etiam in hac vita qui motus suos pacificant, ad similitudinem dei accedentes, filij dei nominantur. Dicuntur enim istae beatitudines, quia spem dant futurae beatitudinis, propter merita, & propter inchoationem imperfectam beatitudinis. Aliter enim habetur spes fructificationis arboris, cum virefeit fructibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. Sic quaedam in beatitudinibus tanguntur tanquam merita futurae beatitudinis, ut beati mundo corde. Quaedam tanquam inchoatio futurae beatitudinis, videlicet, quoniam ipsi deum videbunt scilicet in aenigmate, quae cum perfecta fuerit, erit ipsa vera beatitudo.

### De falsis item & veris beatitudinibus ac de glorificatione corporum beatorum. Exhortatio II.



Periens os suum, docebat eos. Matth. 5. Apertio oris profunditatem significat hic sacramenti. Quasi abyssum, quasi thesaurum aperuit, quasi fluuium paradisi. Vbi cumq; enim in scripturis apertio oris ponitur, innuitur quod aliquid singulare & grande sequitur. Ita inuenitur in hoc loco. Intendebat enim dominus Iesus aliquod magnum, imo & maximum, praedicare scilicet veram beatitudinem, ad quam omnes homines condidit, quam ne

mo est secundum Augustinum, qui non velit, imò q̄  
 ex inclinatione naturali omnes ex necessitate volūt.  
 Vnde Augustinus tertio de Trinitate ait: Ad appetē  
 dum beatitudinem natura compellit, tibi summe bo  
 nus conditor hoc indidit, quia beatitudo est finis vl  
 timus, & perfectio humanæ vel intellectualis nature  
 Ideo naturaliter in illud tendit, & est maximum bo  
 num eius. A pte autem istud ex euangelio legitur in  
 solennitate omnium sanctorum & beatorum, vt mē  
 tes nostræ excitentur in amorem veræ beatitudinis  
 quam ipsos sanctos obrinuisse, & iam perpetuo pos  
 sidere scimus. Et nedum in amorē beatitudinis, qui  
 est finis, sed etiam in amorem eorum omnium quæ  
 ad illum finem perducunt, quæ sanctos ipsos beatos  
 effecisse cognoscimus. Quid enim prodest nobis san  
 ctorum merita & beatitudinem recolere, si non con  
 tingat nos eandem beatitudinem per imitationem vi  
 tæ promereri? Idcirco hodierno die, & quotiescunq̄  
 hoc sanctum euangelium legitur, toto corde, & stu  
 dio & pleno affectu amplexemur, quæ dominus legi  
 fer noster, & saluator monet. Amouet em̄ falsam bea  
 titudinem, & assignat veram, & quæ nos ad eam  
 disponunt. Falsa autem beatitudo est, quam homines  
 in hoc mundo quærunt, scilicet in diuitijs & hono  
 ribus perituris: tamen sunt reuera infelices, qa oim  
 bonorum verorum, & perpetuorum priuationem cō  
 sequentur. Sed humiles vere beati sunt, quia quærit  
 diuitias & honores, id est, abundantiam & excellen  
 tiam, vbi quæri debent, scilicet in deo. Et ideo dicit  
 dominus Iesus tales beatos, quia in regno cælorum  
 eas veraciter & perpetuo inuenient. Vel homines  
 beatitudinem suam deputāt, q̄ scilicet possunt sequi  
 proprias passiones: & quidam in eo q̄ per litigia,  
 & bella securitatem sibi acquirant, inimicos suos de  
 struendo: tamen vere infelices sunt, quia in æternum  
 non obtinebunt securitatem veræ beatitudinis, imò

Augustin.



#### D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

om̄ spem eius amittent, Sed mites vere beati sunt, quia pro præsentī iniuria, & in securitate temporaliū securam & quietam possessionem terræ viuētis um, per q̄ significatur soliditas eternorum bonorū, cōsequuntur. Vel homines ponunt suam beatitudinem in consolatione oīm quæ temporaliter delectant contra ea quæ contristant, scilicet in crapula & luxuria, & alijs: tñ vere miseri sunt, quia in æternū contristabuntur. Sed vere beati sunt, q̄ talia non regrunt, imō poti⁹ voluntariū luctū pro peccatis suis vel alijs: asumunt, quia consolationē à deo accipient in æternū. Has tres beatitudines dñs Iesus contra falsam beatitudinem prædicauit. Quæ autem disponunt nos ad æternam beatitudinem, sunt duo in actiua vita, per quam ad proximos nostros bene nos habemus. Primum est, quod exhibeamus eis quod tenemur ex debito, quod sit per iustitiam, à quo tamen plures retrahuntur, vt bonis temporalibus impleantur, vel fatiētur. Ideo dicit dominus iustos & iustitiam esurientes beatos, quia ipsi saturabuntur bonis perpetuis. Qui vult ergo beatus esse, & repleti veris bonis, esuriant iustitiam. Secundum qd̄ disponit nos ad æternam beatitudinem in actiua vita est, quod exhibemus proximis spontanee, à quo tamen retrahuntur plures, ne se immisceāt miserijs alienis. Ideo dicit dominus Iesus beatos, qui misericordiam faciunt proximis, q̄ ipsi etiam misericordiam consequent. Qui vult ergo non miseri miserijs vllis, faciat misericordiā. Vita vero contemplatiua est ipsa beatitudo si perfecta fuerit. Si vero imperfecta fuerit, tunc est quædam prægustatio perfectæ beatitudinis, ad quam disponimur p̄ effectus vitæ actiue, scilicet vel quo ad nosipfos: & hoc est p̄ munditiam cordis, quietatis passionibus, & omnibus vitijs deuictis. Per hoc em̄ disponunt oculi interiores ad vidēdum deū, qd̄ talibus sc̄3 mundicordibus promittit, vel qd̄ ad proximos, hoc est, p̄ pacem

per quam manifestamur esse imitatores dei, qui est deus pacis & unitatis, quod efficit homines filios dei quod talibus repromittitur. Hæc autem duo immedia te nos disponunt ad veram beatitudinem, sicut Apostolus innuit ad hebræos dicens: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. In videndo ergo deum beatitudo vera & sola consistit. Alia enim vel amouent falsam beatitudinem, vel ad veram disponunt. Videre enim deum est vera & unica merces nostra, & in illa operatione intellectus est vera felicitas nostra, secundum quod beatitudo hominis est aliquid creatum in ipso existens. Obiectum tamen circa quod talis operatio est, est increatus deus, qui solus satiare potest desiderium nostrum. Tantę enim capacitatis fecit nos deus, ut nulla creatura, imo nec omnis simul etiam si sine numero multiplicaretur, possit nostrum desiderium quietare. Ideo homo infelix est, donec cognoscat deum. Quem cum viderit perfecte, beatus erit, quia non relinquetur aliquid quod querat. Ideo voluntas & amor statim & perpetuo conquiescent, nec ultra aliquid querent. Iam enim intellectus & voluntas comprehendunt, id est attingunt inaccessibiliter in quod tendunt, non tamen de se comprehendunt, hoc est, in se claudunt, quia comprehendere deum tali modo est omni creaturę impossibile. Ex tali autem comprehensione sequitur interminabile & immensum gaudium & delectatio. Expimur enim per organa corporis, & per quicquid sensus agnoscendo creaturas, multiplici delectatione afficitur. Qualis ergo delectatio erit anime, quam in seipsa & non per corpus agnoscet omnium creatoris, & ipsam essentiam bonitatis? Vtique quanto bonum quod cognoscit convenientius & melius est, tanto causaliter ex eius presentia maior delectatio, quanto deo convenientius bonum est & infinitum, erit ex eius presentia & visu gaudium maximum & infinitum. Illud enim bonum vincit capacitatem nostram, & superat omnem desiderium nostrum

Hebræ. 12



D. PERTI LEYDIS CARTHVS.

Deficit anima nostra ad illud bonum. Sicut enim pi sciculus in immenso pelago natat, nec vlllo modo illud absorbere potest: sic anima nostra voluptate castissima diuinæ fruitionis implebitur, & circumdabitur. O quis cogitat visionem, tensionem & fruitionem hanc? Mundicordes interdum modicum prægustare permittuntur, sed parum est ad illud quod est in cœlis. Quantæ felicitatis erit anima beata, perpendi potest aliquo modo ex gloria corporis glorificati, ad quod habet renisum anima separata, quæ semper desiderat cognitionem suam naturalem habere, quæ est per phantasmatam, ad quæ conuerti non potest, quândiu est separata à corpore. Ipsa igitur ex abundantia gloriæ suæ propter virtutem temperantiæ clarificabit corpus suum, quod suo fulgore illustrabit paradysum dei. Faciet propter prudentiam quam habuit ipsum penetratiuum sine fractione. Dabit ei propter iustitiã agilitatem, per quam valebit subito quocumque voluerit accedere. Dabit ei propter fortitudinem impassibilitatem, ita quod à nullo poterit lædi, vel affligi. Ex quibus omnes sensus replebuntur suis perfectionibus in maximis delectationibus. Omnia tamen bona quæ in corpore glorioso erunt, nihil erunt ad ea quæ anima in seipsa experietur. Ad quam beatitudinem cum peruenire nequeamus, nisi per actus vel opera virtutum imitando omnes sanctos, sicut in euangelio hodie non audiuius, toto corde nos ad virtutes demus & in actibus earum nos iugiter exerceamus. Omnes enim actus virtutum ad septem beatitudines reducuntur, quas dominus sufficienter in euangelio hodie non expressit. Ad quam autem proprie vnusquisque actus reducitur, quilibet perpendere debet. Itaque beati estis fratres, qui omnia propter deum reliquistis: Beati, qui nihil in occulto absconditis. Beati qui nihil sine licentia datis aut accipitis. Beati qui contenti estis his quæ ab ordine permittuntur. Beati qui nihil mun-

Dotes glori-  
ficati  
corporis.

diale appetitis. Beati q non peritis mudi vanos honores Beati q sobrie & temperate viuitis. Beati q non ex desiderijs delectationis cura carnis habetis Beati q ieiunium ordinis bene seruatis. Beati obediētes. Beati solitudine seruantes. Beati silentium custodientes. Beati neminem exposito contristantes. Beati nemini iniuriātes Beati omnes religiosi & religati. & capriui dei. in nullo propria voluntate habetes: quoniam post modicum liberabuntur. & libertate filiorum dei atque eterna beatitudine perfruentur. Amen.

**¶** Quid æterna sit beatitudo, præmiūque  
essentiale seu accidentale

Exhortatio. III.



**S**imus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ad Rom 8. Pro intellectu horum verborum, primo considerandum est, quod sit illud bonum ad quod omnia factis cooperantur. Inuestigatē tenete quod ipse deus est istud bonum, quod ad hoc intellectuāle & rationale creaturam condidit, ut quodā participatione sui felix & beata existeret. Vnde dicit B. August. Credimus res creaturæ celestium, terrestrium, visibilium vel inuisibilium, nullam causam esse, nisi bonitatem creatoris, quod est verus deus, cuius tanta est bonitas, ut summe bonæ beatitudinis suæ quæ æternalis beatus est, alios velit esse participes, quam vidit & communicari posse, & omnino minui non posse. Illud igitur bonum quod ipse erat, & quod ipse beatus erat, sola bonitate & non necessitate alijs communē care voluit. Et quia non valet eius bonitatis aliquis participes esse, nisi per intelligentiam (quod quanto magis intelligit tanto plenius habet) fecit deus creaturam rationalem ut summi bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. De hoc bono inquit est finis noster (finis enim & bonum idem sunt) dicit idem Aug.

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Idem:

Bernard.  
Anselmus

gustinus 22. de Ciuitate dei: Ipse deus est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Ipse etiam est quem amat omne quod amare potest. Et Bernardus. Amabimus (scilicet illud bonum) sine modo, videbimus sine termino, cohærebimus sine medio. De hoc dicit Anselmus: Excita te nunc anima mea, & erige intellectum tuum, & cogita quantum potes quale & quantum sit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentius, quanto differt creator à creatura. Quid ergo per multa vagaris homuntio, quærendo bona animæ tuæ & corporis tuæ? Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Hoc est igitur charissimi fratres bonum omnium sanctorum, & nostrum, ad quod adipiscendum, omnia nobis cooperari debent, scilicet cognoscere deum amare deum, ipsi soli tanquam fini totaliter delectabiliter inhærere, & hæc inamissibiliter possidere. Et istud est essentielle & principale bonum & præmium sanctorum, propter quod consequendum multi passi sunt grauissimas persecutiones & iniurias, damna rerum & corporum, pœnas varias, & exquisita tormenta, sicut nostis: quia, Apost. teste, nõ sunt condigne passionibus huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nonnulli vero in penitentia & lamētis se afflixerunt, & immaculatos se ab hoc seculo & delitijs eius continuerunt, vt possent pulchritudinem diuinæ lucis contemplari, & eiusdem delitijs frui, quia secundum August. tanta est pulchritudo diuinæ lucis, quod si non liceret eam contemplari, nisi solum vnus diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni pleni delitijs, recte meritoque cotēnerentur. Accidentale vero bonum & præmiũ cõstitit in multis scilicet in incorruptiõne, immortalitate, subtilitate, agilitate & claritate corporis, quãdo fulgebunt iusti sicut sol

Roma. 8.  
Matt. 13.

in regno patris eorum. In perfectione quinq; sensuū,  
 qui replebuntur singuli scđm potentiam suam ab ob-  
 lectis, pportionatis, omnibus voluptatibus castis &  
 delitijs, nec poterunt ab vllō obstaculo p̄pediti.  
 Item accidentale s̄mum. & minus principale bonum  
 sanctorū, est omne gaudium & honor, vel laus q̄ veni-  
 unt ipsis ex creaturis, puta q̄a in creaturis aliquid bo-  
 ni fecerunt, vel alijs occasionē boni alicuius p̄fiterūt  
 sicut habent angeli q̄ nos custodiūt gaudiū de nostra  
 salute. Similiter habent sancti homines q̄ alijs bonū  
 exemplum, vel doctrinam impenderūt. Item gaudiū  
 de bona societate cœlestium ciuium, scđ de humanita-  
 te Christi, de familiaritate gloriosiss. matris eius Ma-  
 rie, & oīm angelorū atq; sanctorū hominū. Quę socie-  
 tas erit iucundissima propter mutuam charitatem. Vn-  
 de dicit Richardus: Quilibet beatus diligit beatum si-  
 cut seipsum, & de bono eius gaudet sicut de pprio. Itē  
 Gregor. in moralibus: Tanta vis in illa patria omnes  
 faciat, vt quod in se vnusquisq; non accepit, hoc se in  
 alio accepisse exultet. Sic deberent inuicem diligere  
 homines, qui ad illam societatem volunt ascendere.  
 Item societas cœlestium ciuium erit iucundissima pro-  
 pter varietatem meritorum, quę decorem & pulchrā  
 tudinem inestimabilem p̄stabit. Minimus enim san-  
 ctus erit perfecte beatus, & filius dei adoptiuus, & rex  
 potentissimus plusquam omnes reges terrę: Secun-  
 dus sanctus addet aliquem gradū perfectionis & pul-  
 chritudinis, & sic ascendendo vsque ad humanitatem  
 domini I E S V. Quis igitur poterit cogitare om-  
 nium graduum sanctorum ornatum, cum sint qua-  
 si infiniti sancti? scđm qđ dicit B. Iohannes: Vidi tur-  
 bā magnā, quā dinumerare nemo poterat. Et B. Tho-  
 mas sequēs sententiā B. Dionysi, dicit de angelis q̄ sūt  
 in qđā maxima multitudīe oēm materiale multitudī-  
 nē excedētes. Et in Psal. Dinumerabo eos, & super are-  
 nā multiplicabūtur. O q̄ iucundū & gaudiosum erit in

Richard.  
 Gregori.

Apocal. 7

S. Dionys

Psal. 138.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

- tam grata multitudine deum laudare. Et quis in hac valle miseræ hoc capit, quis exprimet? Certe nemo. Vnde Gregorius: Quæ enim lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere? Hoc est bonum, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ad quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his scilicet, quæ secundum propositum diuinum, id est, prædestinationem vocati sunt sancti, in præsentem per gratiam sanctificationem. Intelligendum est ergo quod sanctificatis per gratiam, & perseverantibus in charitate (sicut sunt prædestinati) omnia cooperantur in bonum, non autem præscitis ad damnationem. Si quæretur quæ sint hæc omnia quæ cooperantur sanctis in bonum, dicendum est, primo quod sunt omnia ardua & dura: de quibus Apostolus subdit: Quis separabit nos à charitate Christi? Tribulatio, angustia, &cæ, quia hæc omnia diligentibus non nocent, quia in prædestinatis, fortis est ut mors dilectio, & lampades eius lampades ignis atque flammarum, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, ut in Canticis habetur. Imò potius immensum pondus gloriæ operantur in electis. Secundum intelligendum est, quod omnia opera meritoria sanctorum, meritum habent ex charitate: quia si quis traderit corpus suum ita ut ardeat, & charitatem non habuerit, nihil sibi prodest. Tertio intelligendum est quod omnia etiam peccata prædestinatis cooperantur in bonum, quia fortiores & cautiore resurgunt, & in gloria memoria peccatorum eis in bonum erit, sicut cicatrices sunt ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphauit. Itaque fratres & filij charissimi, confidatis & consolamini, quia per charitatem omnia uobis (uiuentibus secundum propositum ad quod uocati estis) cooperabuntur in bonum æternæ beatitudi-
- Gregor.**
- Isaia. 64.**  
**1. Corin. 2**
- Roma, 3**
- Roma, 3**
- Cantico. 3**
- 1. Cor. 13**

nis, siue sit ægritudo, siue tentatio, siue perplexitas, qua interdū discernere nequeatis quid agetis, siue sit passio naturalis, & quæcunq; alia, tantummodo solū cū sitis immaculate viuere, quod idem est qđ sancte viuere, uocatione qua uocati estis in arrepto proposito, sicut omnes sancti uixerunt, in diuersis modis uiuendi. Hinc Bernardus ad fratres de Monte dei, sic ait: Propter hoc secundum propositi uestri tenorem habitantes in cœlis potius quàm in cellis, excluso à uobis toto seculo, totos uos inclusistis cum deo. Hoc est ergo propositum ad quod uocati estis, in quo sancti, id est, immaculati & incōtaminati, & diuino cultui applicati viuere debetis, ut omnia cooperent uobis in bonum æternæ felicitatis, & excluso à uobis toto seculo, cum deo viuere, obediētes sine murmuratione, pauperes nedum spiritu, sed etiam rebus, nil omnino habentes proprium, nec superfluum, sed parce necessaria omnia cum scitu præsentis, nihil cupientes, abstinentes, sobrii, casti, sine frequentia hominum secularium, in solitudine deo vacantes, silentes, alacres in diuinis & uiriles, nec ab eis abstrahi debetis, uidelicet per uisitantes, neq; per ulla alia occurrentia: quia nihil est diuinis præponendum, nisi essent summe necessaria. Det omnipotens deus meritis oīum sanctorum, qđ ita sancte sine permixtione contrarij, secundum propositum Carthusianum uiuamus, quatenus per charitatem omnibus nobis cooperantibus bonum æternæ beatitudinis cū omnibus sanctis obtinere ualeamus.

Bernard.

¶ De mercede sanctorum, de merito atq;  
demerito, digno & condigno,  
Exhortatio III.

**M**erces uestra copiosa est in cœlis, Matthei, s  
Hodierna solennitate sanctorum omnium me  
rita & æternæ beatitudinis præmia insimul



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

veneramur, eorumque suffragia ambimus, vt in ijs  
 cōfortes eis fieri mereamur. Sermo igit noster de vs  
 troq; aliquid saltem breuiter aget. Primo de premio  
 siue de mercede. Secundo de merito quo ad eam per  
 uenitur. Merces quæ hic copiosa, in Luca vëro mul-  
 ta dicitur, in Genesi magna nimis ad Abraham nomi-  
 natur, de qua Isaias dicit: A seculo non audierunt, ne  
 que auribus perceperunt, oculus non vidit, deus abs-  
 que te, quæ præparasti expectantibus te. Quod alle-  
 gans Apostolus Paulus ad Corinthios sub alijs his  
 verbis: Oculus, inquit, non vidit, nec auris audiuit,  
 nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus  
 ijs qui diligunt illum. Quod ergo est incognitum, quō  
 ego hoc loquar? Non enim sum propheta, nec filius  
 propheta. Deus tamen suis reuelauit, & filius qui est  
 in sinu patris, ipse enarrauit, non in aperta visione,  
 sed in specie & ænigmate. Quia si omnino ignorare-  
 tur, non amaretur, nec quæretetur. Ex ijs ergo quæ  
 reuelata sunt de hac mercede loquar. Ipsa est quam  
 indefinenter experimus, cum dicimus: Adueniat re-  
 gnū tuū. Et de quo in hodierno euāgelio dicit: Beati  
 pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celo-  
 rum. De hoc regno dicit Psalmista: Satiabor cum ap-  
 paruerit gloria tua. Sed quid est hoc regnū, vel quæ  
 est ista gloria? Dicit dñs Iesus ad patrem Euang. Io-  
 hanne teste: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te so-  
 lum verum deum. Et in euangelio hodierno dicit i-  
 dem DOM I N V S discipulis suis: Beati mundo  
 corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hæc visio vt di-  
 cit sanctus A V G V S T I N V S, est tota  
 merces. Quæ tanta res est (vt idem testatur) vt in ei⁹  
 comparatione nihil sit totum vniuersum. Excedit  
 quippe ipse deus omnem creaturam simul in infini-  
 tum. Ergo tota creatura simul delectabiliter cognita  
 & amata in comparatione ad deum delectabiliter  
 cognitum & amatum, est nihil: quia finiti ad infini-

Lucæ, 6

Genesi. 15

Isaiæ. 64

1. Cor. 2.

Iohan. 1

Matth. 6

Matth. 5

Psalms. 16

Iohan. 17

Matth. 5

August.

tum, nulla est proportio. Idcirco si omnis creatura alicui daretur plenissime, non esset propterea beatus. Adhuc enim intellectus humanus non perficeretur cognita omni veritate creaturali, nisi cognoscere primam veritatem, & omnium rerum causam primam, adhuc amor non quiesceret donec iungeretur summo bono. Hoc innuit beatus Augustinus, loquens domino: Domine fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Ipse ergo dominus spiritus superintelligibilis est finis animæ intellectualis. Ad finem namque intelligibilem ordinatur homo partim quidem per intellectum, partim autem per voluntatem. per intellectum quidem, in quantum est in ipso cognitio finis. Per voluntatem autem, primo per amorem, secundo per habitudinem amantis ad amatum, secundum præsentiam. Idcirco in consequitione ultimi finis intelligibilis oportet tria concurrere, scilicet visionem, quæ est cognitio perfecta intelligibilis finis, comprehensionem, quæ importat præsentiam finis amati, delectationem vel fruitionem, quæ importat quietationem amantis in amato præsentis. Itaque visio præcedet quæ videbitur deus per seipsum: quia tunc cognoscemus sicuti cogniti sumus. Sed deus cognoscit nos, non per creaturam, sed per seipsum, ergo & nos cognoscemus ipsum per seipsum. Et hanc cognitionem sequitur comprehensio per amorem, & fruitio per gaudium. In illa enim beata cognitione quicquid cognoscitur in deo, vel de deo, ducit ad deum, & in deum. Tantus est in deo iucunditas & amabilitas, ut cognitus ab anima, statim ipsam ad se trahat, eamque vehementer in se absorbeat. O quam felix anima, quæ absque interpolatione ex omni virtute sanctæ trinitatis ad omne, & propter omne, quod ipsa est, sentit se amari, & D E V M tanto amore sentit circa se occupari, quasi omnium creaturarum sit oblitus.

I. Cor. 13



D. PETRI LEYDIS CARTHVS

- Augustin.** Cuius beatitudo augetur, cū e conuerso amoris sancti  
ssimę trinitatis cum omnibus viribus suis penitus se  
immergit. O quale & quantum gaudium ibi tunc erit  
quando iuxta sententiam sancti Augustini, nõ totũ  
intrabit gaudium in gaudentes, sed toti gaudentes in-  
trabunt in gaudium. Cum enim anima sit finita secũ-  
dum essentiam & omnes vires suas, deus vero intellis-  
gibilis, amabilis atque fruibilis sit omnino infinitus  
non potest anima (quantumcunque auida) in se com-  
prehendere deum, sed potius ipsa in diuinam cogni-  
tionem, in diuinum amorem, in diuinum gaudium  
& delectationem intrabit, sicut minimus pisciculus  
volens deglutire omnem aquam, intrat in infinitum  
mare. Hęc est merces magna nimis, vincēs capacis  
tatem nostram, & omne desiderium superans. Tunc  
ergo primo satiabimur, cum apparuerit. Copiosa est  
hęc merces, ita vt in alia quoque redundet. Vides  
bit mysterium incarnationis diuinę beata anima,  
**Bernard.** quod teste Sancto Bernardo, plenum erit omni dul-  
cedine. Cæterum vt concludamus, non erit in creatu-  
ris quod eum latebit, qui videntem omnia videbit.  
Redundabit etiam hęc merces in corpus animę be-  
atę, donando ipsi corpori claritatem, subtilitatem,  
agilitatem, & impassibilitatem. Porro magnitudo,  
multitudo & copiositas huius mercedis est inenarra-  
**Bernard.** bilis, sola experientia eam docet. Vnde Bernardus:  
Merces sanctorum est tam magna, quod non potest  
mensurari, tam multa, quod non potest numerari, tã  
præciosa quod non potest æstimari, tam copiosa qd  
non potest finire. Qualiter autem vnusquisque se ha-  
**Anselmus** bere debeat in hac vita, vt ad illam beatitudinẽ pueni-  
at, docet Anselmus dicens: Tantũ tibi desiderũ esse  
debet in hac vita pueniendi ad qd factus es, & tantus  
dolor qd nondũ ibi es & tantus timor qd non puenias  
q nullam debes sentire lætitiã nisi tantũ de his qd dant  
spem vel auxiliũ pueniendi. Illa autem sunt merç

ta. ¶ Homo itaq; in gratia constitutus per opera virtutum meretur eternam beatitudinem, quam sine gratia impossibile est mereri. Beatitudo enim hominis naturam & facultatem excedit. Oportet autem acti onē proportionatā esse ad finem, si cum debeat attingere. Per gratiam autem diuinam constituitur homo in consortium diuinæ naturæ. Idcirco facultas ei præbetur per eam attingendi beatitudinem super naturalem, & diuinam: & ad promerendam eam de condigno, & ad obtinendam eam iure adoptionis: Si enim filij, & hæredes, ait Apostolus, Si autē meritū attenditur ex parte liberi arbitrij humani, merces ei debetur ex congruo. Congruum est enim vt operāti secundum suam virtutem, deus secundum excellentiam suæ virtutis recompenset. Est autem sciendum quod sicut in omni opere humano necessario requiritur propositum vel intentio operandi, sic etiam requiritur intentio in meritorio opere. Intentio vero quæ doque est solum habitualis, quando scilicet homo ita dispositus est, si voluerit operari, poterit, nondum tamen vult, Et ista non prodest ad meritum. Quandoq; vero intentio est actualis, quia scilicet vult & operatur, & tunc homo meretur. Quandoque vero est virtualis, quia scz vult, sed operando non cogitat de voluntate. Ethæc prodest ad meritum. Sicut ingreditur ordinem Carthusiensem propter deum & suam salutem, vult viuere secundum consuetudines & statuta ordinis, ille semper meretur quicquid secundum ordinem operatur omnibus diebus vitæ suæ, licet nō cogitet de deo vel statutis, nisi intentio cōtraria (quæ absit) interueniret: quia tunc licet viueret secundum ordinem, perderet omne meritum. Ideo valde vtile est intrasse ordinem, quia semper meremur, etiā dormiendo, puto tali tempore & mora secundum ordinis decretū Vltimo sciendū, qd efficacia merēdi potest mēsurari ex tribus, Oportet em̄ qd meritū aliquid hæ

Roma.8



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

beat a gratia, vel charitate, & aliquid a voluntate, & aliquid ab obiecto, vnde species actus trahitur. Nam quanto maiori gratia vel charitate informatur actus, tanto magis est meritorius. Similiter quanto magis est voluntarius, & quanto obiectum est magis arduum. Sed arduum aliquid augmentans rationem meriti, non habet hoc ex difficultate laboris, sed ex bonitate obiecti, quia quanto aliquid melius est, tanto supra vires hominis operantis est magis eleuatum, & propterea est magis meritorium. Difficultas enim in opere meritorio quandoque est ex parte operantis, quæ scilicet tepidus est, vel vitiosus, &c. & illa difficultas minuit meritum. Illam vero difficultatem tollit virtus quæ videlicet virtus facit hominem propterea & delectabiliter operari, & multum mereri. Difficultas vero quæ prouenit ex operis arduitate vel difficultate, auget meritum per accidens, in quantum operans in illud quod difficile est maiore intentione & conatu voluntatis tendit. Et quia (teste Apostolo) nemo coronabitur, præmio scilicet æternæ beatitudinis, nisi qui legitime certauerit, vitia superando, & virtutes conquiritendo, sequamur charissimi fratres doctrinam magistrorum nostri Iesu simus humiles & mites, simus misericordes & pacifici, simus omni virtute adornati: quia ad merita virtutum in hodierno euangelio expressa omnia alia reducuntur. Sunt enim virtutes concate naturæ, nec vna sine alia esse potest. Sicut enim dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, ita dici potest, beati continententes, quoniam omni voluptate replebuntur, beati obedientes, quoniam ab omni seruitute liberabuntur. Et sic de alijs quousque ad cordis mundiciam omnimodam perueniatur. Ceterum dat nobis dominus Iesus præcibus omnium sanctorum suorum, purgationem omnium peccatorum, perfectionem omnium virtutum, ut ab eo audire mereamur: Gaudete & exultate, quoniam

2. Tim. 2

Matth. 5

Matth. 5

am merces vestra copiosa est in cœlis, Amen.

**Q**uomodo sit festinandum ad cœlestem requiem, & de timore multiplici.

Exhortatio V.



Estinemus ingredi in illam requiem. Hebræorum quarto. Dominus deus omnia in laudem & gloriã sui nominis creavit, vt in ipsis creatis resplendeat intellectualibus oculis potentia eius, sapientia eius, & bonitas eius, per modũ

quo cognoscitur causa ex effectu. Specialiter tamen creauit hominem inter intellectuales naturas ad deũ cognoscendum, amandum & fruendum. Hoc notat in Psalmo, vbi dicitur: Homines & iumenta saluabis

Psalm. 35

domine, scilicet per prouidentiam & curam, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus, id est, ex misericordia tua multiplici, & non ex necessitate curam habes salutis omnium. Filij autem hominum, qui facti sunt ad imaginem dei sicut angeli, in tegmine alarum tuarum sperabunt, in beatitudine reſta & abscondita apud te. Inebriabuntur ab huberta

Genesi. 2

te domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos vbi notatur pefectio delectatiõis in domo gloria: quæ satiabimur cum apparuerit gloria eius. Hæc autem ſatietas castiſſimę voluptatis, quæ est ipſa fruitio (quæ tamen erit ſine faſtidio & interminabilis) ſequetur ex ipſa dei viſione, cui inhærebimus per amorem.

Psalm. 10

Vnde ſequitur: Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Deus enim eſt vita per eſſentiam, in quo & ex quo omnia viuunt. Vita ergo intellectualis noſtra ex eo, & in eo eſt, quæ confortabitur dono quodã intellectuali creato ad videndũ lumẽ infinitũ & increatũ, quod deus eſt per eſſentiã.

Vidẽdo ergo hanc eſſentiam, in qua oia viuunt vita



D. PERTI LEYDIS CARTHVS.

intellectuali videbimus omnia, & tunc quiescet homo ab omni inuestigatione vteriori, quia iam cognoscet effectum in causa, & causam in effectu. Deus enim est causa omnium, & omnia sunt effectus dei. Nam homo non est perfecte beatus, quando restat sibi aliqd desiderandum & querendum. Et ideo concluditur, quod vltima & perfecta beatitudo non potest esse, nisi in visione diuinæ essentia. Habet enim tunc vltimum intelligibile, & vltimum desiderabile, & vltimum fruibile, & omnia in eo, & ipsum in omnibus. Intellectus etiam hominis non quietatur, nisi in cognitione veritatis, & affectus & voluntas nostra non satiatur, nisi in fruitione diuinitatis. Vnde Augustinus ait: *Creasti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Alia creata habent vbi quiescant terra deorsum, ignis sursum: sed tantæ nobilitatis & capacitatis est homo, quod quiescere non valet, nisi in infinito bono, quod est deus, ipsum cognoscendo, ipsum diligendo, ipsum tenendo inamissibiliter, ipsi propter seipsum inherendo delectabiliter & amabiliter. Istud est bonum de quo ait Isaias: *Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.* Quod latius exponit Apostolus, dicendo: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum.* Et Augustinus. *Quod præparauit deus diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur. Acquiri potest, æstimari non potest.* Istud bonum, requiescendo in eo, adepti sunt omnes sancti. Ad istam requiem monet Apostolus festinandum, dicens: *Festinus ingredi in illam requiem.* Periculum enim est in mora & tarditate. Quapropter subdit, dicens: *Vt ne quis in idipsum incidat incredulitatis exemplum, id est, ne incidamus in consimilem poenam in quam ceciderunt increduli veteris legis, qui propter incredulitatem suam fuerunt exclusi à requie terræ promissæ.*

Augustin.

Isaię. 4

1 Cor. 2

Augustin.

Hebrę. 4

onis, & pœna eorum data est nobis in exemplum, ne  
 consimiliter priuemur requie cœlesti, si fuerimus tar  
 di & pigri ad ingrediendum. Ideo iubet in euangelio  
 dominus, vt habeamus lucernas ardes, hoc est, si **Lucæ 2**  
 mus feruentes in operibus bonis, quibus ad futuram  
 requiem tendimus, quam daturus est nobis dominus  
 quando venerit à nuptijs. Quod si omnes Christiani  
 festinare iubentur, quantum ergo nos Carthusienses  
 festinare debemus, qui secundum Bernardum, vltra **Bernard.**  
 omnes ad meliora æmulanda nos astringimus, & om  
 nne sanctitatis perfectionem vouimus? Tristitia  
 tamen, seu acedia, ex qua oritur tarditas & pigritia,  
 solitarijs & otiosis solet esse domestica, nisi instanter  
 excludatur. Tristatur enim aliquando quis pro aliq̃  
 bono opere quod oportet eum facere, quia ibi habet  
 laborare, puto in dicendo diuinum officium, in ieiun  
 ando, in abstinendo, in orando, in faciēdo aliquam  
 obedientiam, & huiusmodi. Hoc tædium & hanc tri  
 stitiam incurrit multitudo Hæbreorum ambulantiã **Num. 12**  
 per desertum. Similiter hæc tristitia occupat interdū  
 religiosos dum ambulant per eremum pœnitentiæ,  
 & religionis. Sed hæc diligenrer excludenda est. Vnde  
 de Iohannes Cassianus in tractatu de tristitia sic ait: **Cassian.**  
 Absq̃ illa tristitia, quæ vel pro salutari pœnitentia,  
 vel pro studio perfectionis, seu pro desiderio suscipi  
 tur futurorum, omnis tristitia tanquam seculi (quæ  
 mortem infert) æqualiter repellenda est. Et vt discer  
 nere valeamus tristitiam bonam à mala, subiungit: **1. Cor. in. 7**  
 Tristitia quidem quæ pœnitentiam operatur ad sa  
 lutem, obediens est, affabilis, humilis, mansueta, suas  
 uis, ac patiens, vtpote ex dei charitate descendēs, &  
 ad omnem dolorem corporis ac spiritus contritiōē  
 infatigabiliter se extendens, & quodammodo læta  
 ac spe sui profectus vegetata. Hæc non est repellenda  
 imo toto corde suscipienda, si cut & illa quæ procedit  
 ex desiderio cœlestis patrie, & dei amore, cōsiderans



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

do q̄ dulce sit, q̄ suauē q̄ vtile videre deū, eo frui, san-  
ctoz agminibus interesse, ad q̄d obrinendū factus est  
homo: & quanta obscuritas mentis sit in presenti vita  
ex ignorātia de deo, q̄ta pericula quanta impunitas,  
quāta instabilitas cordis. Bina hęc tristitia bona est  
valde, & p̄s debet esse cōtinua & familiaris. Mala ve-  
ro tristitia secundum præfatum Iohannem Cassia-  
num, est asperissima, impatiens, dura, plena rancore &  
mōre infructuoso ac desperatione p̄nali, ab indu-  
stria & salutari dolore, frangens ac reuocās, vtpote ir-  
rationabilis. Hanc pestiferā tristitiā excludere debe-  
mus per vigilias & orationes. Vnde dominus apud  
Matthæum tristibus ait: Vigilate & orate, vt non in-  
tretis in tentationē. Item per meditationem passio-  
nis Christi Iesu. Vnde Apostolus ait: Recogitate eū  
qui ralem, sustinuit aduersus semetipsum contradic-  
tionem, vt non fatigemini animis vestris (scilicet præ-  
tudio) deficientes. Item per meditationem diuinæ præ-  
sentia. Item per meditationem passionum martyrū,  
qui verē per compendium festinauerunt ad requiem  
æternæ felicitatis, ponendo animas suas. Item per  
meditationem eremitarum, quā diutinas inedia,  
& vniuersum rerum & consolationum p̄nurias tolera-  
uerunt propter amorem dei. Item per meditationem  
quatuor nouissimorum. Vnde cum quidam interro-  
gasset beatum Achillem dicens: Cur sedens in cella  
mea acediam patior? Respondit ei senex: Quia non  
dum vidisti requiem quam speramus, nec tormentū  
quod timemus. Item per operationem. Vnde Hie-  
ronymus: Non facile capitur a tentatione, qui alicui  
bono vacat exercitio. Quapropter secundum Cassi-  
anum: antiqui patres nullum suscipiebāt ad habitum  
monachalem seu eremiticum, si nesciret facere alis  
quod artificium. Nam cum paucissimi sint qui se-  
ant & valeant tota die vacare contemplationi, ora-  
tioni & lectioni, & permaxime incipientes, oportet

Iohan.  
Cassi.

Matth. 26

Hebræ. 12,

Hierony.

Iohan.  
Cassi.

quod in acedia vel tristitia & pigritia incidant, qui non vacant quotidie alicui exercitio corporali. Igitur fratres, excutiamus nos ab omni tristitia inuiti & pigritia, & festine tota industria abijciamus a nobis curam & onus omnium temporalium, religemus omnes passiones nostras, mortificemus omnia vitia & peccata, insistamus fortiter virtutibus, ut expediti mente & corpore alacriter ad requiem celestem, diuino amore accensi, currere valeamus per semitam mandatorum dei, scilicet regularis obseruantia, & non per commune iter secularium. Semper in auribus nostris nobis sonare videatur illa vox iudicis: Surgite Carthusienies, inter omnes religiosos religiosiores, silentij & solitudinis, abstinentia & sobrietatis obseruatores, vitiorum mortificatores, omnium virtutum & meae praesentiae amatores, & dabo vobis inter electos meos dignam remunerationem. Ad hanc vocem praedmiracione tantae laudis aspiciant nos omnes sancti. O quanta gloria erit tunc veris religiosi, & quanta confusio falsis fratribus, quibus dicitur. Falsarii estis, solo habitu & nomine religiosi dicimini, cum laicis deputati estis, ite cum omnibus mendacibus & patre mendacij diabolo in ignem aeternum. Festinemus ergo secundum monita beati Pauli, ingredi ad illam requiem, bonis paratam. Ad quod hortatur etiam sanctus praesul Augustinus dicens: **August:** O homo, exardesce in amore dei, & desiderio vitae aeternae, cuius lux est veritas, cuius lex charitas, cuius modus aeternitas. Ibi actio non operosa, requies non desidiosa. Ibi sanitas sine infirmitate, pulchritudo sine deformitate, iucunditas sine maerore, sapientia sine errore, vita sine morte.

**De regno caelorum quid sit, quidue  
paupertas spiritus.  
Exhortatio. VI.**



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



Eati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Matthæi 5, Doctrina hæc noua est, & per omnia ante omnia secula inaudita. Dominus Iesus missus à deo creatore omniũ patre suo, vt pereuntes saluaret, & filios iræ, & di-

aboli, filios dei & regni hæredes efficeret, nõ ipsis (se eundem Iudaicam expectationẽ) regnum huius mũdi, sed cœleste promittit. Quapropter non immerito finito sermone eius, post tantam perfectionem viarũ suarum ac præmiorum excellentiam, turbæ, vt ait euangelista, admirabantur super doctrina eius. O quanto cordis iubilo suscipienda sunt promissa domini Iesu fratres mei. Sãctus Iacob patriarcha dicebat se lugebat descensurum in infernum. Eleazarus martyr in Machabeorum libro secundo, feliciter moriens, pro deo, dixit se velle præmitti in infernum. Non vtique in infernum dånationis, sed expectationis. Nos vero auctoritate domini Iesu dicimus nos velle ascendere cum omnibus sanctis in regnum cœlorum. Ecce materia iubilationis, magnorum gaudiorum. Merito tamen quæri potest, quid sit regnum cœlorum. Regnum enim innuit omnimodam sufficientiam & excellentiam. Quid tamen est illud in quo habetur ois sufficientia & excellentia? Dico breuiter in quo est ois sufficientia & excellentia, est ipse deus. Ipse enim est bonum simpliciter infinitum, & super omnia, ad cuius comparisonem sunt omnia nihil. Cuius visio intellectus implebitur cognitiõe excellentissima, cuius amor, replebitur affectio bonitate eminentissima, cuius fruitione & pace ac tentione inamissibili dabitur memoria dote nobilissima, tota; animæ regio profundetur admiratione gaudiosissima, & iubilatione felicissima. Sic; diuinitati felix anima immersa, quasi paruissimus pisciculus in immenso mari, requiescet in deo, & regnabit cum eo, & cum beatissima so-

Matth. 7

Genesi. 37

2. Mac. 6

Regnum  
cœlor; qd

cietate simul immerforum omnium, videlicet sanctorum imperpetuum. Ex abundantia autem tantæ felicitatis, redundabit in corpus glorificatio, vt sit clarū, agile, subtile, & impassibile. Tantillum de regno illo cælorum dixisse sufficiat. Quæ enim mens capere potest, aut lingua exprimere, qualis sit illa beatitudo, & quanta ibi sint gaudia, cum scriptura dicat, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus & expectantibus se? Verum est tamen quod perfectis, sanctis & veris religiosis in hac vita conceditur prægustatio huius beatitudinis, & huius regni participatio. Miranda enim diuina cognitione illustrantur, vt videant etiam alta dei. Amore quoque feruentissimo deo afficiuntur, & gaudio pacis eius superdulcissimo perfunduntur. Caro ipsorum vigore castitatis atque munditiæ niter, refrenatione passionum, & iugi vitiorum mortificatione, quasi impassibilis redditur. Extenuatione vero sobrii cibi, subtilis, & promptitudine subiectionis ad rationis imperium efficitur agilis. Hinc est quod beatus Augustinus dicit præmia istarum beatitudinum ad præsentem vitam pertinere: Ambrosius vero ad futuram. Præmia quoque istarum beatitudinum possunt intelligi vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam. Vel quædam inchoatio beatitudinis, sicut in uiris sanctis & sic pertinent ad præsentem vitam. Regnum enim cælorum intra nos est, vt ait dominus Iesus. O quæ felix, qui nedum in futuro, sed etiam in præsentem regnum cælorum possidere meruerit. Sed quis posset hoc promereri? Respondeo ex euangelio, pauper spiritu. Per paupertatem peruenitur ad altissimas diuitias. Per abiectionem ad regnum. Sed dicit alius: Quæ est ista paupertas spiritus? Hic latet mysterium magnum fratres mei. Det dominus vt clare & breuiter hanc elucidem dubietatem ac quæstionem;

Cg

Isaïæ. 64  
1. Cor. 2Augustin.  
Ambrosi.

Lucæ 17

Paupertas  
spūs quæ.



D. PERTI LEYDIS CARTHVS.

In sacro eloquio sæpe aliquid diuerſa ſignificat. Leo enim quandoque dominum Ieſum, quandoque diabolum ſignificat. Calciamenta interdum pro exemplis mortuorum ſanctorum patrum, interdum vero ſcandalofa exponuntur vita peccatorum. Ad propoſitum vero noſtrum in præſenti, vera animæ paupertas diuitiæ: vera autem diuitiæ, paupertas nominantur. Dicit enim Apoſtolus: Gratiâ ago deo meo, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, vt nihil deſit vobis in vlla gratia. Et tamen paupertas ſpiritus continetur in illis diuitiis & gratia. Non eſt tamen ſine cauſa quod dominus Ieſus veras diuitias appellauerit paupertatem, per quam ſui cõſodales acceperunt ſecum paternam hæreditatem, & regnum cœlorum. Paupertas etiam defectum ſonat, & importat carentiam facultatum, aut bonorum. Videtur itaque mihi quod paupertas ſpiritus, quam omnes ſancti, & mater Ieſu Maria, & ipſe Ieſus deus & dominus pariter habuerunt, denotet aliquem defectum & carentiam ſpiritus mali, quem tamen nonnulli aut errore decēpti, aut concupiſcentia illeſti, aut malitia indurati, tãquam magnum bonum & diuitias poſſident. Hi ſpiritum mundi huius accipiunt. Hi ſpiritu carnis inflati ſunt. Hi ſpiritum habent qui ex deo non eſt. Hi tales diuites in ſenſu & ſpiritu ſuo, veraciter pauperes ſunt. Quibus omnibus ſub vna perſona in Apocalypſi per increpationem dicitur: Nescis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Dimitte mus iſtos diuites, qui ſunt omnes peccatores, tumentes ſuo ſpiritu contra deum ſuum, quorum non eſt regnum cœlorum ſed infernorum. De pauperibus ſpiritu ponamus exempla. Pauper ſpiritu erat qui dicebat: Discite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Licet agnoſcebat ſe optimũ, oprabat tamen & volebat ſe vilem & abominabilem, pro dei gloria, & noſtra ſalute, etiam cum iniquis reputari, Idem dicebat

1. Cor. 1

1 Cor. 2

Roma. 8

Apocal. 3

Matth. 22

Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. **Matth. 3**  
 Cum esset enim diues, voluit egenus, id est, pauper esse **Lucæ. 9**  
 se, vt nos ditaret. Hæc voluntaria paupertas, est pau- **2. Cor. 8**  
 pertas euangelij & spiritus. Pauper spiritu erat quæ  
 dicebat: Magnificat anima mea dominum, non meis **Lucæ 1**  
 ipsam, Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo  
 non in meis: Quia respexit humilitatē ancillæ suæ.  
 Ecce fatetur propriam indignitatem, vilitatem & mi-  
 seriam. Hæc nihil habens de spiritu Adam, vel mīdi,  
 vel diaboli, erat omnino pauperrima spiritu. Hoc te-  
 stātur eius humilitas, castitas, charitas & cætera oīm  
 virtutum sublimitas. Non sola humilitas paupertatē  
 inducit, sed virtutum omnium concatenatio. Quid  
 prodest esse despectum sibi & alijs, si regnauerit luxu-  
 riæ spiritus, auaritiæ conatus, inuidiæ virus, iracun-  
 diæ motus, impatientiæ furor? Vnumquodq; enim  
 horum spiritum indicat. Verum est tamen q̄ virtu-  
 tes spiritus paupertatem attestantes, in singulis san-  
 ctis diuersimode elucet, Nitamur testimonia pauper-  
 tatis huius felicissimè possidere. Humilis (secundum  
 Bernardum) vult vilis haberi. O quid est vult? Vtinā **Bernar.**  
 sit vera voluntas intus, quæ sonat in ore foris. Sæpe  
 fit quod quidam dicunt se defectuosos & miseros, &  
 velle se despici. Quod si verbum contumeliosum ac-  
 cesserit, aut alius dixerit de eis quod paulo ante de  
 seipsis dicebant, statim spiritus diues se erigit, qui  
 exclusus & mortuus putabatur: Quia qualis apud se **Gregor.**  
 quisque lateat (inquit **G R E G O R I V S**)  
 illata contumelia probat. Non ergo sufficit se velle  
 vilem haberi cogitatu aut dictu, sed vera voluntate.  
 Quod fiet, si verissima sui cognitione postquam a  
 cæteris fuerit despectus, etiam sibi ipsi vilescit, &  
 gaudet se despectum, vt deo placere valeat, sic  
 que peribit spiritus superbiæ, vt patet de sancto  
**F R A N C I S C O.** Patiens vult omnia tole-



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

S. Lauren  
tius.

rare propter deū, & sic perit spiritus impatientiæ, cū in actuali tolerantia, tanquā in re concupita, suam re quem inuenit, & talia se tolerare vel tolerasse exultat: sicut sanctus Laurentius super prunas iacens, dicebat: Isti carbones mihi refrigerium præstant. Ador enim patiendi pro Christo in eo magnus erat, qui per præsentem tolerantiam refrigerabatur, quia suum desiderium patiendi pro Christo implebatur. Spiritus gulæ in magno Gregorio mortuus ostēdebatur, quando præ debilitate corporis ieiunare nō valens, per preces cuiusdam sancti Abbatis à deo obtinuit, quod in vigilia P A S C H A E ieiunare potuit.

¶ Quomodo desiderari debeat regnum dei, quomodo sit notum, & qualis sit deus

### Exhortatio VII.



Oratio  
quid.

Bernard.

Dueniat regnum tuum. Matthæi sexto. Verba sunt domini Iesu saluatoris & glorificatoris nostri, quibus docet nos orare. Vult enim nos omnes confortes fieri regni sui. Idcirco viā demonstrat per quam illuc peruenitur, quæ est oratio. Oratio autem est interpres nostri desiderij apud deum. Itaque dominus Iesus vult regnū suum desideremus, quod desiderium oratione exprimitur. Manifestum est autem omnibus, quod quicquid aliqd est melius, tanto debet desiderari ardentius. Cum ergo regnum cælorum sit optimum, quo nihil est melius, debemus illud præ ceteris bonis concupiscere vehementius. Nō enim est eo dignus, qui illud negligenter ac desidio se præ acedia desiderauerit. Vnde Bernardus in libro Meditationum ait: Desideremus illud quanto possus

mus desiderio. Cum magna namque confusione & rubore ad illud perueniet (scilicet iudicandus) quis quis illud vehementer non desiderat. Quicumque vero iugi oratione, & assidua cogitatione in illo regno cōuertatur, & securus hinc egreditur, & cum magna lætitia illic iuscipietur. Hinc est quod a deo frequenter monemur a domino, vt pulseamus, vt quæramus, vt oremus semper, nunquam deficientes, vt peramus gaudium nostrum fieri plenum, quod fiet cum venerimus ad cælum, quo omnes sancti illud ardentem amantes & orantes peruenierunt: imò ipse dominus Iesus pernoctavit in oratione. Hic arguitur tepor desiderij nostri ad regnum cælorum, & accedia in oratione. Frequentamus sæpius in ore: Adueniat regnum tuum: sed o vt inã desiderij versaretur in corde. Quasi horologium imus de hora in horam, strepitum quidem facientes, sed pene nihil intelligentes. Dormit enim mēs nostra, quæ instar horologij insensibilis & perstreptentis, insensibile fundit orationē verbalem. Insensibilem dico, ppter absentiam deuotæ & attentæ mentis, cum tamen pceptū sit ecclesie, vt officij diuini nocturnā pariter & diurnā attentæ & deuote peragatur. Euigilate iustit, & nolite peccare, dicit Aposto. Euigilemus, & ardenti desiderio & oratione regnum cælorum (omniā sanctorum vestigia insequentes) conquiramus. Sed dicit aliquis: Quo possumus ardentē tēdere in rem incognitam & nunq̄ visam? Respondeo q̄ res in incognita nō potest amari, q̄a actus, vel opatio intellectus, necessario p̄cedit actū voluntatis. Cognitiono vero pertinet ad intellectū, amor ad voluntatem. Mōdo regnū cælorum, q̄d appello æternā beatitudinem, estn obis licet imp̄fecte, cognitū. Primo p̄ fidem & sacros codices. Secūdo, testimonio oīm gētrū (licet etiā infidelijū) illud expectantiū. Tertio, ex naturali inclinatione. Duo prima sunt omnibus nota. Tertium res erat declarandā. Vbi notandum, quod vltimus finis

Luc. 11.  
Lucæ 18  
Ioha. 16

Lucæ 4:22

Extra de  
cele. miss.  
ca. dolētes



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

omnium creaturarum est deus. Ipse em̄ perficit oēm creaturam, quam perfectionem omnes appetunt creaturæ: sed excellentius homo & angelus, qui nō solū participāt deo in esse, vel viuere, vel etiā cognoscere vt cæteræ creatura, sed etiam consequuntur deum, intelligendo, amando, atque fruendo. Ipsa igitur inclinatio in vltimum finem, notificat nobis æternam beatitudinem, id est, regnum cœlorum. Vnde Augustinus: Vltimus ait fidei hominum est beatitudo, quā omnes appetunt. Et idem 13. de Trinitate: Omnes hoies conueniunt in appetendo vltimū finē, qui est beatitudo. Ergo non est nobis omnino incognita beatitudo. Præfata autem cognitio, licet sit imperfecta est tamen certissima per virtutem fidei, quæ à deo infunditur, & innititur æternæ & infallibili veritati. Hæc cognitio mouet voluntatem, hoc est, facit eam moueri per amorem in bonum iam cognitum. Et quæ per se ipsam illud bonum consequi non potest, sed per deum auxiliantem, eo quod bonum illud sit supra se idcirco inquirit illud bonum per spem. Spes vero nō confundit: quia deus non derelinquit sperantes in se. Istis tribus, quæ in hac vita habentur de æterna beatitudine, respondebunt tria in ipsa futura beatitudine. Nam perfecta cognitio finis respondebit imperfectæ cognitiōi, prout ab Apostolo docetur dicente: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et: Nunc videmus in ængmate tunc facie ad faciem. Et: Cum apparuerit inquit Sanctus Iohannes, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Hæc est visio, spei respondebit præsentia ipsius boni amati, seu vltimi finis. Hæc est comprehensio seu tenio. Amori voluntatis respondebit delectatio, quæ importat quietationem amantis in amato. Hæc est fructio. Præfata ergo visio est tota merces, & vita æterna, beatitudo, & regnum cœlorum. Iuxta illud dictum domini Iesu: Hæc est

Roma. 5

1. Cor. 13

1. Iohan. 3

Iohan. 17

vita æterna, vt cognoscant te solum verū deum. Cui visioni iunguntur inseparabiliter compræhensio & fructio. De hac felicissima vita dicit Augustinus lib. 22. de Ciuitate dei: Vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ipse deus erit finis desideriorū nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Sed dicit aliquis: Qualis est iste, cuius visio erit nostra beatitudo, & in quo iam præsentis & tenore inaccessibiliter totus noster affectus & desiderium quiescitur, ita vt aliud nunquam in perpetuum quærāmus, sed cui vnico interminabili actu inhærebimus? Vere hoc, non dicam dicere vel scribere, sed intelligere impossibile est omni creaturæ, etiam beatæ. Tamen hoc certissime scitur, quod est spiritus intellectualis naturæ supernobilissimus, sua perfectio, cui nihil potest addi, quia sine principio est totum quod est diuinæ naturæ independens, illimitatus, incontaminatus, incommutabilis, bonitas infinita, secundū omnes nobilissimas proprietates quæ deo ascribuntur, vt sunt potentia, sapientia, charitas, clementia, pietas, misericordia, & ijs similia. Et ergo bonus, suauis, & amabilis in infinitum, vltra omnem creaturam. Ideo replet & vincit omne desiderium, ita quod nihil relinquitur amabile, vel desiderabile. Est potens sine permixtione, vel minime impotentia: Sciens sine ignorantia: bonus sine malitia. Porro vniversa creatura tam multiplex, tam varia & magna, prædicat eum, sicut effectus notificat causam. O qualis erit dulcedo præsentia eius? Tunc sentiemus quod eum diligimus, & quod ab eo diligimur, quæ nunc sunt incerta. Illud est regnum cælorum in quo regnabimus cum ipso. Quod à nobis voluit propter se & in se desiderari. Sed quoniam ipse est propter seipsum, & in seipso, vt noster affectus foret ordinatus, voluit vt suam gloriam primo

Augustin.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

Matth. 6

quæreremus & diligeremus, dicendo: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Debemus ergo sicut pater filij super maiestate, felicitate, bonitate amabilitate patris nostri pleno affectu gaudere, Quasi si diceremus: O sanctificetur nomen tuum. O sis tui es, tantæ puritatis, & tam immensæ bonitatis. Hoc est desiderium nostrum, hoc est gaudium nostrum super beatitudine tanta patris nostri. Et non solum sit hoc apud nos, sed ab omni creatura, & præcipue intellectuali sanctificetur nomen tuum. Et quamuis omnia hæc verba orando cogitari non possunt, tamē affectus prædictus adesse potest & debet, ne oremus sine mente, sicut aues doctrinæ cantare, orare videntur. Nihilominus omnia prædicta possunt adesse oranti in summa. Et sic orantes, implemus actum amoris, quod deum super nos, & super omnia diligimus. Orando vero, adueniat regnum tuum, debemus desiderare dei claram inamissibilem visionem & fruitionem, in qua sentiemus nos diligere ab eo quem diligimus scilicet deo. Omnis quippe amans, vult amari ab amato: & hoc est gaudium eius. Orando ergo pro regno, hic affectus debet adesse. Exercitatis in his, non est aliqua difficultas, sed præ consuetudine prædicti affectus, & alia in summa occurrunt etiam velocissime, & maxime cum iaculatorie oratur. In petendo taliter regnum dei, implemus actum amoris quo diligimus nos & proximos in deo, & propter deum, quia petimus à deo mutuum cum eo amorem & charitatem: insuper deum eligimus finem nostrum, & requiem amoris nostri. Sed quia amor ubi est operatur magna, quid dabimus, aut quid operabimur pro tali regno? Hoc scilicet quod sequitur: Fiat voluntas tua. Hoc angeli fecerunt in cœlo, quando in illo terribili momento pro vnicò actu debebāt vel beatificari æternaliter vel damnari, & impleuerunt voluntatem dei. Hoc in terra fecerunt viri & feminae diuersi status

& conditionis, viuentes in omni sanctimonia, esuriētes & sitientes iustitiam, pacifici, mites, misericordes humiles, in aduersis patientes, etiam innumerabiles martyres, vsq; ad supplicium mortis per acerbissima tormenta, & impleuerunt voluntatem dei, idcirco sunt beati, & ipsorum est regnum cælorum. Nos vero adhuc infelices sumus, qui pro vilissimis rebus, voluntatem dei dimittimus. Continuemus igitur orationem, vt det nobis pater panem quotidianum, id est, auxilium gratiæ, & necessaria corporis. Dimittat nobis debita peccatorum, & præseruet ab imminētibus nouis peccatis, & condignam pœnam peccatorum indulgeat, vt liberi ab omni debito, & mundicordes effecti, cum omnibus sanctis deū statim post mortem videre mereamur in regno cælorum.

Matth. 5.

**¶** Quid sit vim inferre regno cælorum, atq; non sufficere ad meritum bonam voluntatem, absq; bona operatione.

## Exhortatio VIII.



Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matthæi 11. Omnes quotquot cum deo regnant sancti, violentia regnum dei rapuerunt, nec est alia via ad regnum cælorum. Nemo enim coronabitur ( inquit eorum quidam pugil fortissimus, & rapax raptor) nisi qui legitime certauerit. Verum quomodo possunt hæc fieri? Regnum enim cælorum consistit in visione, & fruitione, ac tentione diuinæ essentiæ. Sed quis deo vim inferre potest, cui non posset ipse resistere, & repellere iniuriam? Adhuc cum nullum violentum sit peccatum, quomodo violenti regnum (quod de se est per

2. Tim. 2.



## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Vim quo  
modo in-  
ferant iu-  
sti cælo.

petuum) quieti possident. Parabolica est igitur ista lo-  
quutio. Sicut enim quidam, secundum hoc seculum nequam, per la-  
bores maximos & violentias rapiunt castra, vrbes & re-  
gna, possident & non sua: sic homines violententer resiten-  
tentes tentationibus varijs, vincentes peccata, occi-  
dentes in se cuncta vitia, ligantes ac refrenantes suas  
passiones, proficientes in virtutibus (quæ versantur  
circa difficillima) obtinent regnum cælorum, quod excedit  
propriam ipsorum naturam. Patria namque cælestis  
vim patitur, dum peccator ad eam quasi in alienum  
locum intrat per penitentiam. Grandis violentia est  
in terra nasci, & cælum capere, & habere per virtutem  
quod non possumus per naturam. Non etiam potest  
homo natus in terra rapere cælum, nisi sibi faciat vi-  
olentiam, coercendo à delectationibus proprium ap-  
petitum. Patet ergo ex istis, quod deo nulla inferitur vi-  
olentia, sed homini, deo vero potius obsequium præstatur  
& obedientia: quippe qui hanc præcipiat, exigat &  
velit. Cessat ergo iniuria, quia volenti non fit iniuria.  
Et quantum regnum cælorum, quod homo rapit, sit su-  
pra se, non tamen est contra se, cum sit ad hoc conditus,  
nec infert illi violentiam indebitam, sed iustam.  
Est enim violentia in merito, rapina in accipiendo  
mercedem. Hæc est iustitia. Sicut enim reddere ius-  
tum precium pro re accepta ab aliquo est actus ius-  
titia, ita etiam recompensare mercedem operis vel  
laboris est actus iustitia. Vocatur autem rapina, quia  
alienum est, & supra naturam quod pro violento me-  
rito datur. Regnum ergo quod rapitur, perpetuum  
est, non obstante violentia, quia ipsa violentia inni-  
tur iustitia, quæ constans & perpetua est, reddens uni-  
cuique quod suum est. Regnum vero cælorum illorum  
est, qui hoc merentur. Vtitur vero dominus Iesus rex  
noster, hoc modo loquendi, ut nos excitet ab acedia  
& tepore ad strenuos, viriles, fortes, constantes fer-  
uentesque labores charitatis in promerendo regnum

caelorum. Et dicit hoc fieri a diebus Iohannis Baptistae, quia ipse Iohannes regnum caelorum praedicauit per penitentiam. Quamuis enim ante Iohannem baptistam plures penitentiam egerint, regnum quoque caelorum promeruerint, pauci tamen computandi sunt fuisse, & minus clari, respectu eorum qui post eum penituerunt, & vim regno caelorum intulerunt. Horum primus & maximus est dominus noster Iesus Christus qui peccata nostra sua deputavit dicens in Psal. Deus meus, quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum. Pro quibus dolens factus est etiam vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra, quod non rapuit soluit, & disciplinam pacis nostrae super se tulit. O quantum contritus est de peccatis nostris, confitens deo patri, & satisfactionem plenissimam ac sufficientissimam recipiens & implens, cum lachrymis orans pro nobis exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. Vim ergo fecit dominus Iesus pro nobis, frangendo portas infernorum, impetrando veniam peccatorum, aperiendo ianuas regni caelorum. Vim etiam fecit per seipso, quia scriptum est. Oportebat Christum pati, & ita intrare gloriam suam. Et quanta violentia irrogata est caelis, & quanta rapina, quando natura humana in Christo super omnes choros angelorum ad dei patris est profecta confessum?

¶ Secundo loco sequitur beata & gloriosa semper virgo dei genitrix Maria, quae vim intulit caelis per penitentiam, quando luxit non dum peccata populi, sed etiam secundum Albertum peccata propria, non quae habuit aut commisit, (cum hoc vniuersaliter omnis doctorum & catholicorum hominum turba denegat) sed quae formidauit deplanxit quae inquit praefatus, allegans illud S. Grego. piase mentium est ibi timere culpam ubi non est. O quantam vim fecit regno caelorum, viuendo in virtutum omnium gravitate

Matth. 3  
Lucæ. 3

CHRISTVS  
vim intulit  
caelis.  
Psal. 21  
Isaiæ 53.  
Psal. 68  
Isai. 53

Hebræ. 5

Lucæ. 24

MARIA.

Gregor.



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

videndo filium Christum pati & mori in infirmitate ecclesiam dei comprimi à mundi prauitate, se relinq̃ a gloria in temporis diuturnitate? Et quanta violentia irrogata est cœlis, & quanta rapina, quando ipsa secundum sexum debilis fœmina, licet mater, recepta est à filio, & super omnes choros beatorum spirituum exaltata & glorificata? ¶ Tertio loco, succedit gloriosus Apostolorum chorus. Qualia isti sancti passi sunt cū Christo, qualia post Christum, quantum pœnituerunt, prout specialiter habetur in scripturis de beato Petro, quantum sollicitudinē pro ecclesia extruenda habuerunt & labores, quis digne poterit cogitare? Tandem preciosa morte, regnum cœlorum rapuerant. ¶ Quarto loco sequuntur omnes martyres, viri & fœminæ, qui præter pœnitentiam horrendo spectaculo exhibuerunt mundo violentiam atq; rapinam, quam regno cœlorum intulerunt.

APO  
STOLI  
Matth. 26  
Marc. 14  
Luca 22

MARTY  
RES

CONFES  
SORES.  
VIRGI  
NES.  
Climach,

Hierony.

¶ Quinto loco deputantur confessores, viri & fœminæ, qui in pace vitam feliciter consummantes, reliquerunt nobis qua pœnitentia, qua etiam vitæ sanctorum vim cœlis inferre debeamus. De qua vi Climachus inter multa etiam ita scribit: Vidi, inquit, pauperes, qui non verbis ornatis, sed obscuris & dubijs, humilibus tamen, de profundo cordis cum plena fide clamabant ad regem cœlestem, & ex tali importunitate fecerunt vim benignitati diuinæ, quæ violentari non potest. De hac vi sub nomine coactionis loquitur beatus Hieronymus super Isaiam de pœnitentibus, dicens: Oratio deum lenit, sed lachryma cogit ad miserendum & parcendum. Sollicitę ex prædictis consideremus, quid nobis restat agendum. Vim fecerunt, Christus dominus noster, & pia mater eius cum omnibus sanctis. Si igitur ad felicissimam ipsorum societate peruenire desideramus, oportet vim facere, & violēter rapere regnum cœlorum. In omni ergo tentatione, semper ducis nostri Iesu verba repe

tamus: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Exigit enim ordo diuinæ sapientiæ pro regno cælorum obtinendo, rectitudinem voluntatis, & bonitatem operationis. Et in his magna vis est necessaria. Hoc probat multitudo angelorum corruptentium, in quibus reperit deus prauitatem. Hoc probat infinitus numerus stultorum hominum pereuntium. Qui omnes tamen angeli quæ homines perdit, si vim fecissent, nunquam perissent. Rectitudo voluntatis exigitur in beatificandis in regno cælorum, propter debitum ordinem ad finem vltimum, id est beatitudinem. Finis autem comparatur ad id quod ordinatur ad finem, sicut forma ad materiam. Vnde sicut materia non potest consequi formam, nisi sit debito modo disposita ad ipsam, ita nullus potest consequi beatitudinem, nisi fuerit ad eam bene dispositus per rectam voluntatem. Hoc innuitur in euangelio hodierno, ubi dicitur: Beati eritis corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et idem testatur Apostolus, dicens: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. Non est hæc voluntas in omnibus hominibus, nec fuit in malis angelis. Nec sufficit hæc sola, sed requiritur etiam bonitas operationis, testante domino apud Iohannem: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Hoc ipsum innuit omnes sacræ paginæ. Eorum nempe quæ nata sunt habere bonum perfectum, aliquid habet ipsum sine motu, aliquid vno motu, aliquid pluribus. Habere autem perfectum bonum sine motu, conuenit ei quod naturaliter habet illud. Habere autem beatitudinem naturaliter est solius dei. Vnde solius dei proprium est, quod ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem præcedentem. Cum autem beatitudo excedat omnem naturam creatam, nulla pura creatura conuenienter beatitudinem consequitur absque motu operationis, per quam tendit in ipsam. Sed angelus qui est superior ordine naturæ quam homo, consequitur

Iob. 4

Matth. 5  
Hebræ. 12

Iohan. 13



D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

est eam ex ordine diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritorie. Homines autē consequuntur ipsam multis motibus operationum, qui merita dicuntur.

**Philosop.** Vnde etiam secundum Philosophum, beatitudo est præmium virtuosarum operationum. Exigitur itaque ad beatitudinem consequendam bonitas operationis non propter insufficientiam diuinæ virtutis beatificantis, sed vt seruetur ordo in rebus. Quia vero per Christum, qui est deus & homo, beatitudo erat ad alios deriuanda, iuxta illud Apotoli: Qui multos filios in gloriam adduxerat, ideo statim à principio suæ conceptionis absq; aliqua operatione meritoria præcedente, anima eius fuit beata. Sed hoc est singulare in ipso. Nam pueris baptizatis subuenit meritū Christi ad beatitudinem consequendam, licet desint eis merita propria, eo quod per baptismum sunt Christi membra effecti. In adultis vero requiritur propriū meritum ex bonis operibus, quia homo est liberi arbitrii, per quod seipsum mouet ad operandum. Vnde sua opera habet rationem merendi, quando propter dei gloriam operatur. In hoc enim maxime dei gloria reluet, id est, manifestatio bonitatis suæ, quod creaturas aliquas condidit sibi similes, liberi arbitrii & propriæ voluntatis, quæ possunt per seipsos operari, & à deo secundum suam ordinationem aliquid mereri, concurrente semper suo motu generali, quo oēs creaturas mouet ad actionem, & etiam speciali, quo mouet angelos & homines ad merendum æternam beatitudinē: quia sine tali motu gratiæ inanes essent omnes operationes eorum. Peruersissimum igitur est dogma Lutheri & perniciosissimum, quo nititur asserinare sola nos fide & sine operibus posse saluari, vtpote rationi, sacro eloquio, & diuinæ contrarium ordinationi. In stemus ea propter charissimi, reformationi & rectitudini voluntatis, & bonis opibus (propterea enim huc venimus) vt æternam felicitatem

DE BON. DIVIN. LIB.III: Fol.43o

cum omnibus sanctis consequi mereamur. Regnum  
enim cœlorum vim patitur. Quæ vis necessaria est Matth. 23  
in reluctando vitijs, voluptatibus carnis circa cibum  
& potum, circa venerea, in resistendo superbiæ, inani  
gloriæ, animositati, inobedienciæ, in extirpando  
acediam in diuino seruitio, in ceremonijs ordi-  
nis, in solitudine, in silentio & amarissimis  
alijs internis vexationibus, timoribus  
& anxietatibus: in quibus semper re-  
currendum est ad sententiam  
ducis prælij nostri Iesu,  
dicendo: Regnum cœlorum  
vim patitur, & violenti rapiunt illud.

LIBRI QVARTI FINIS.



